Ex predictis manifeſtiſſime apparet quõ a paſſiõe xp̃i emanat oĩs perfectio ⁊ ĩ ea relucet omnis pl̃chritudo eccleſiaſtice vł euangelice hierarchie. ¶ Similimõ in ea reſplendet et relucet oĩs p̃fectio: pulchritudo et decor angelice hierarchie. Nam in ea primo et p̃ncipaliter refulget ille ſeraphicus ardor amoris: qꝛ maiorem caritatem nemo habet vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Non credo ꝙ omnes angeli de paradiſo poſſent ſuis intelligencijs capere hanc vehementiam caritatis qua dominus noſter ieſus voluit talia pati pro nobis viliſſimis ſeruis immo nequiſſimis inimicis eiꝰ. Refulget etiaꝫ cherubica ſpeculatio ⁊ intelligẽtia ꝟitatis. Nichil eñ ſcio in hoc mundo tm̃ ꝟitatẽ ſcripture elucidet tantũ ad celeſtia cõtẽplanda eleuet: tm̃ ad deũ ſapiendũ illuminet ſicut paſſio ieſu xp̃i. Hic vere inuenitur ſciẽtie plenitudo. ¶ Hic etiã maxime ſplẽdet erga maieſtatẽ eternã thronica reuerẽtia et veneratio. Sicut eñ illi celeſtes ſpũs throni dicuntur qꝛ in ipis dicit deꝰ tanq̃ꝫ in ſuo throno quieſcere p̃pter nimiã venerationẽ et reuerentiã qꝫ erga diuinam maieſtatẽ habet: qꝛ ipſe quieſcit ſup humiles et timẽtes eius ſermones: ſic et in hac viliſſima paſſione dñi nr̃i ieſu xp̃i dicit dñs deus tanquã in ſuo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

throno quieſcere qꝛ ibi fuit excellens humilitas re-
uerentia et veneratio ſūma erga maieſtatē eternā
Nullāq3 credo angelorū reuerentiā huic poſſe com
parari. Et iōvt per antropopatos loquar ſpūs dei
pctis nr̄is irritatus et inquietat⁹ in hac beatiſſima
paſſione pacificat⁹ fuit et quieuit. Naturaliter eñ
dei thronus pōt appellari paſſio qꝛ in ea id eſt in ſi
gnis ei⁹ iudicatur⁹ eſt mundū. Vñ etiā firmiter cre
do ꝙ ad mundū iudicandū de nequitia ſua appare
bit ibi lancea/corona ſpinea/claui/ſpongia/ꝛ hmōi
et dominus ieſus cū ſtigmatibus ſuis qui clamabit
dicens. Uidete qualia a vobis: in vobis: et ꝑ vobis
paſſus ſum et tamen ingrati oīa cōtēpſiſtis: et pro
nichilo penā et ignominiā meā duxiſtis. Ite ergo
maledicti in ignem eternum. ꝛc. Et ſic patet de pri
ma hierarchia. ¶ In hac etiā beatiſſima paſſione
relucet dn̄ationū ꝑcellentia. Humiliauit eñ ſemet
ipm̄ factus obediens vſq3 ad mortē: mortē aūt cru
cis. Propter ꝙ et deus exaltauit illū: et dedit illi
nomē qđ eſt ſuꝑ oīe nomē. ¶ Ibi etiā relucet vel
reſplendet poteſtatū reſiſtētia: qꝛ illā dyabolicā po
teſtatem de qua dicit ꝙ nō eſt poteſtas ſuꝑ terram
que cōparet ei. Ipſe ieſus victorioſiſſime ſibi ſub-
iugauit ꝑ patibulū crucis et mortem moriendo de-
ſtruxit. Refulget etiā ibi virtutū efficax operatio et
precipue ibi fuit virtus cordium penetratiua et at
tractiua. Unde illud eſt. Cū exaltat⁹ fuero a terra:
oīa trahā ad meipſū. Unde ꝙ nos credam⁹ et di
ligamus eū nullomō nobiſipis attribuam⁹ qꝛ nēo
venit niſi tractus. In quo notat motus non volū-
tarius ex parte nr̄a ſed potius violentus et ſic pa-
tet de ſcđa hierarchia. ¶ Clareſcit etiā in hac bea-
tiſſima paſſione principatuū regimē: qꝛ factus eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

principatus ſuper humerū eius. ¶ Ibi etiam vire
ſcit archangelorū reſolutio quia per hanc glorioſiſ
ſimā paſſionē ſit ſufficiens leuatio ab omni culpa
et ab omni pena. ¶ Ibi etiam luceſcit angelorum
reuelatio qua occulta ſcripture abdita vel abſcon=
dita et diuinorum ſecretorum myſteria panduntur
per apertioneꝫ lateris chriſti et ideo merito in eius
morte velū tēpli ſciſſū eſt vt appreareēt que erant in
ſctis ſcripturis occulta et ſic patet de tertia hierar=
chia. ¶ Ex his ergo oībus patꝫ manifeſtiſſime quo
mō nō ſolū eccl'iaſtica ſꝫ etiā angelica hierarchia ī
paſſione dn̄i refulget. Et ſicut eſt angelorū purga=
re. illūinare: et pficere ſic imo multomagis in paſſi
one xp̄i repit aperte. Per has igr̄ cōformitates q̄s
xp̄i paſſio ordinibus angelorꝫ habet ꝯueniētiſſimū
fuit nō ſolū redimere aīas ſed etiā ad reparationē
angelice ruine: conuenientiſſime diſponere et ordi=
nare. ¶ Propter eñ nimiā caritatem que reſplen=
debat in cruce incendium amoris erga deum ⁊ pro
ximum in hominibus accendebatur. Et ſic redde=
bantur et adhuc redduntur apti ad ſupeminentem
ſeraphicum ordinem. ¶ Per veritatē etiā in hac
beatiſſima paſſione expreſſā illuminantur homīes
contemplantes ipſaꝫ ad diuine veritatis cognitio=
nem et ideo aperti ſunt ad cognitionem et reſtaura
tionem cherubim. ¶ Et per magnā humilitatem
et reuerentiam et venerationem erga dei maieſta=
tem que fuit in illa paſſione: prouocantur homines
ad conſimilem pro ſuo modulo humilitatem et ve
nerationem ac reuerentiam et honorem et ſic apti
fiunt ad thronorū reparationē. ¶ Exemplo etiam
illius excellentiſſime dominationis diuine per paſ=
ſionem habite de qua dictuꝫ ſupra. Propter quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et deus exaltauit illũ. ⁊c. homines prouocantur vt
macerationibus et afflictionib⁹ corporalibus nitã
tur vitijs et cõcupiſcentijs dominari: et omnẽ ſibi
animi appetitũ ſubiugare vt nichil ocioſum nichil
inordinatuȝ preſumant in rõne hominis dñari: ſed
omnia recto iuditio rationis huiuſmodi appetitu-
um genua flectantur: et ſic apti fiant ad reparatio
nem ordinis dominationũ. ¶ Et vt breuiter tranſ
eam ſic per reliquos ordines diſcurre ſiue per ordi
num perfectiones ſecundum ꝙ de iſtis dictum eſt:
vt ſcilicet ꝑ reſiſtentiam contra dyabolicam tenta-
tionem et fraudem ad poteſtates. ¶ Per virtuo-
ſas operationes et conuſationes ad virtutes. Per
diligens regimen omniũ ſenſuũ ſuorũ et motuum
internorũ et etiã aliorũ hoĩm ſi ad ipſum ſpectant
ad principatus. ¶ Per reuelationẽ neceſſitatum
et diligentiarum proximorum ad archangelos.
¶ Per predicationem et doctrinam ad angelos.
¶ Uel ſi vis dicere ꝙ archangelorũ eſt maiora an
gelorum minora docere: ſic doctores ad archange-
los predicatores ad angelos ordina. ¶ Et hec om
nia ad paſſionẽ xp̄i ordina ſicut de ſeraphico et a-
lijs dictũ eſt. ¶ Potes etiã aliam breuẽ aſſignare
rationẽ quare paſſio xp̄i fuit ydonea ad repationẽ
angelorũ q: ſicut illi ꝑ ſummã ꝑſumptionẽ et ſup-
biam ceciderũt. Ita ꝑ infimã exinanitionẽ ⁊ hũilia
tionem xp̄i crucifixi veri dei et hoĩs debuerũt pre-
dicti ordines ex homĩb⁹ in ſuis oculis abiectis et
humilib⁹ reparari. vt qđ ſuperi⁹ dictũ eſt ꝑticula-
riter ꝑ reſtauratiõeȝ thronoꝝ hoc ꝓ oĩbus vniuer
ſaliter reſtaurandis ordinib⁹ ſumam⁹. ¶ His aũt
eiſdẽ rationib⁹ quib⁹ videm⁹ qualiter angeloꝝ de
cor et ꝑfectio ĩ xp̄o crucifixo refulget poſſum⁹ vide

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re quomõ in eadez paſſione refulget glia hominũ btõꝝ: q illi clare veritati q̃ eſt in illa paſſione btiſſima ſicut ſupradictũ eſt correſpõdet apta viſio patrie q̃ztum ad cognitiõem rõnalis. Jlli pfũdiſſime humilitati et reuerẽtie qua paſſio dñi thron⁹ dicebat ſuperi⁹: correſpõdet firma intentio q̃ztũ ad iraſcibilem q: ſup quẽ requieſcet ſpũs me⁹ niſi ſuper humilẽ. ⁊c̃ ¶ Jlli etiam ſup excellentiſſime caritati dñice paſſionis correſpondet in patria ipi⁹ concupiſcibilis dilectio vere conſũmata. ¶ Jlli dñatioui de qua dictum eſt propter quod et deus exaltauit illum. ⁊c̃. . correſpõdet agilitas: q: ſubeſt ei cuz voluerit poſſe. ¶ Jlli reſiſtẽtie poteſtatis qua moriendo mortem deſtruxit: correſpõdet impaſſibilitas. ¶ Jlli virtuoſitati qua exaltatus a terra omnia traxit ad ſeipſum: correſpõdet ſubtilitas tanq̃z penetratiua virtus. ¶ Jlli claritati et nobilitati principatus de quo dr factus eſt pncipatus eius ſuper humeꝝ. ⁊c̃. et de qua claritate põt illud adduci. pater clarifica me. ⁊c̃. corrñdet dos claritatꝭ. ¶ Officio aũt archãgeloꝝ et angeloꝝ qd̃ bene repſentatꝭ in illa paſſione vt pmonſtratũ eſt corrñdet in hoĩbus btĩs decor aureole q̃ debetꝭ doctorib⁹ et pdicatoribus. ¶ Et ſic patet qualr in hac beatiſſima paſſione refulget tanq̃z in ſpeculo pclariſſimo et mũdiſſimo oĩs grẽ et glorie plenitudo. Glorie dico q̃ztum ad premiũ ſubſtantiale vt dotes: et aĩe q̃ztum ad premium cõſubſtantiale. vt dotes corporis: et q̃ztum ad premiũ accidẽtale vt decor aureole que debetur predicatorib⁹ ſiue doctoribus: martyribus et virginib⁹. Nam in cathedra ſancte crucis docuit et martyrũ caput fuit: et virgo virginẽ virginẽ virgini cõmendauit. Non ſoluz autẽ ipoꝝ

ſanctorum plenitudo glorie refulget in hac beatiſ
ſima paſſione ſed etiā ab ipa meritorie emanat Et
vt magis appropriate loquamur per apertionem
lateris mittit ſanctis viſionem apertā: per pedū ꝛ
manuū cōclauationē intētionē firmā. per guſtatio
nem aceti et fellis inebriationē amoris: et hoc erat
qđ ſitiebat. ꝑ coartationem ligaminū meruit no=
bis agilitatem. per illuſionem ſputorū ſolis clari
tatem. per mortem impaſſibilitatē per incluſionē
in ſepulcro ſubtilitatem. ꝑ coronā ſpineā non ſolū
auree: ſꝫ etiā aureole venuſtatem. ſcꝫ illis tribꝰ ge
neribus hoīm videlicet virginum martyrū doctorꝝ
¶ Et quicquid dicamꝰ credo ꝙ in hac beatiſſima
paſſione eſt materia excellentiſſime glorie et immē
ſi gaudij tam angelorum q̄ꝫ hominum beatorum.
Et hoc eſt ꝙ credo firmiter et non dubito ꝙ tā an
geli q̄ꝫ homines beati totaliter in deum tendunt ꝛ
totis mētibꝰ intime deū diligunt. Ita ꝙ plus ſine
cōparatione deū diligūt q̄ꝫ ſeipſos: immo nō credo
ꝙ ſeipſos diligant niſi ꝓpter deū. Et ideo ſine com
paratione plus exultant et gaudēt de dei magnifi
centia q̄ꝫ de ꝓpria gloria. Cū ergo in xp̄i paſſione
ſit excellentiſſima manifeſtatio ſūme potētie: ſūme
ſapiētie: ſūme clemētie dei: ſicut poſtea aliqualiter
declarabo: ideo predicta paſſio eſt eis materia ex=
cellentiſſimi gaudij et exultatiōis immenſe. Unde
q̄uis gaudeāt hoīes vidētes ſe per illā paſſionem
redēptos et angeli videntes ſe ꝑ eandē reparatos
et ſic quodāmodo ad ſeipſos reflectant q̄uis hoc
ſemꝑ videant et referāt in deū. tamē credo ꝙ ſine
comparatiōe plus exultent et gaudeāt et totaliter
in deum excedāt cognoſcētes in ea tam potentiam
q̄ꝫ ſapientiā et ineſtimabilem et immenſā clemētiā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dei ſui. Unde ſicut apparet hic ſūma et imēſa dif-
fuſio diuine bonitatis ita credo ꝙ in ea ſit excellē-
tiſſima pleniſſima et totaliter medullaris diffuſio
mentium in deum ob nimiam iocunditatē et gau-
diuȝ. Sic ergo manifeſte apparet ꝙ paſſio xpi fōs
grē et glorie reperit: et ꝙ in ea refulget decor et ꝑ
fectio ſubceleſtis hierarchie et etiā celeſtis. ¶ Nō
ſūma potentia ſapiā et clemētia ſūma ibi relucent
et etiā circa hec qdā excitatiua vel exercitatiua.

¶ Capitulum. xiiij.

Nunc deo fauente videre reſtat qualiter
ſuperceleſtis hierarchia que deus eſt ī
cruce ſplendet. vt ſcȝ aliqualiter videa
mus qualiter in ea refulget ſumma po
tentia/ſumma ſapientia/ſumma clementia dei. Et
quia infirmum de potentia ſtultū de ſapientia. pra
uum de bonitate loqui preſumptuoſum eſt. ideo ni
chil velle ſubtilia et que ſupra vires meas ſunt in-
ueſtigare non licet. Attamen ad maiorem predi-
ctorum intelligentiam et cōſolationē nr̄am aliqua
cōmunia videamus. Manifeſtat autem in illa bea
tiſſima paſſione diuina potētia et beniuolentia in
tolerando/in liberando/in gratificādo/in iuſtificā-
do/in ſuſcitando/in magnificādo. ¶ Dico pͥmo ꝙ
manifeſtat in hac beatiſſima paſſiōe ei⁹ fortitudo
et clementia in tolerādo. Nō aūt ille ꝗ eſt de⁹ om-
niū. et oīa cōſeruat ſine cui⁹ manu oīa reducunt in
nichilū ſuſtineret pacienter effugari ꝗ vbiꝙ erat.
ligari ꝗ immēſus erat. flagellari ꝗ glorioſus exiſte
bat. alapari qui mundū plaſmauerat. cōſpui ſplen
dor eternus et ſpeculuȝ ſine macula. blaſphemari
pater immenſe bonitatis diiudicari iudex immēſe
poteſtatis: crucifigi dn̄s immenſe libertatis. aceto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et felle potari fons imēſe ſuauitatis: gaudiū ange
loꝝ affligi vita viuētiū occidi: ſpinis coronari glīe
corona: latus aperiri agn⁹ immēſe clemētie: i lapi
de ſepeliri ſol iuſtitie. Hec oīa a neqſſimo hoīe pro
eo patiēter ſuſtinere. immo pro eis orare fuit pote
ſtatis immenſe tolerātie bonitatis et clemētie. Sic
ꝙ patȝ ptās ſeu potentia et bonitas xpi in toleran-
do. Signū etiam fuit huius immenſe bonitatis: et
potentie in liberādo. Qd eni xpus crucifixus potē
tiſſimum ligaret mortē moriendo deſtrueret et oc-
cideret et ſepultus infernum ſpoliaret fuit immē-
ſe potentie ſignuȝ Sed etiā hoc fuit imenſe et ex-
ceſſiue clementie ſignum ꝙ ꝓ ſuis nequiſſimis ini-
micis a morte liberandis dignatus eſt mori. Hoc
eniȝ inexcogitabile eſt ꝙ morte que ſibi inferebat
liberaret inferētes a morte cū ꝓpter hoc debuiſſet
fortius vel potius ſcđm hūanuȝ iudiciū nos oēs
eterna morte condēnare. hoc ipſo ꝙ a nobis et oc-
caſione noſtri fuiſſet tam vili et crudeli morte occi
ſus. ¶ Nec credo ꝙ angeli de paradiſo potuiſſent
hanc ſummā clementiam cogitaſſe anteqȝ fuerit
eis reuelatum. ¶ Fuit autē immēſe potentie et be
niuolentie ſignum in iuſtificando. Si enim maius
eſt iuſtificare impium qȝ celum et terrā creare pro-
pter repugnantiam voluntatis. qȝte ergo clemen-
tie quātecȝ fuit potētie ſaluare et iuſtificare impiū
ſummā impietatem perpetrantē et ſaluatorem et
iuſtificatorem occidentem? Et ideo illud immenſe
clementie fuit: ꝙ effectu illius ſumme impietatis
voluerit nos ab omni impietate iuſtificare. cuȝ ſm
humanū iudiciū debuiſſet ſi nūqȝ alia interueniſſet
culpa nos penit⁹ reliqſſe et ad nichilum redegiſſe:
qđ idē eſt. qꝛ ſi penit⁹ nos relinqret in nichilū re-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

digẽmur aut illã nequitiã nõ in iuſtificatiõem ſed ĩ penam ordinaſſe eternã. Hoc ergo ſũme potẽtie et clemẽtie fuit ꝙ nos iuſtificauit merito ſue paſſiõis q̃ ꝓcreata eſt a neqtia nr̃a et merito neqtie noſtre. Hec oĩa inaudita et mirabilia ſunt diligẽter rumi nanda. et omni admiratiõe digna et deficit ibi om nis ratio et intellectus et non modicum ſuccendit affectus. ¶ Apparuit etiã ibi ſumma potentia in reſurgendo. Planum eſt eñ ꝙ a mortuis reſurge re et maxime per ſe vel mortuum reſuſcitare: vtrũ ꝗ eſt infinite potentie ⁊ vtrunq̃ ibi fuit quia reſur rexit et aliquos ſecum ſuſcitauit qui venerunt in ſã ctam ciuitatem et apparuerũt multis. Sed et hoc fuit immenſe clementie ꝙ dignatus eſt non ſtatim reſurgere ſed pro fide noſtra aliquantuluз differre et ꝓ nobis mortuꝰ ꝑmanere vt ip̃m fuiſſe verũ ho mineз crederemꝰ fideliter. Nec nimis diſtulit vt et ip̃m eẽ deũ verũ credamus: et alios ſuſcitauit vt ei redderẽt teſtimoniũ. Et ip̃emet ꝑ quadraginta di es adhuc apparẽs in multis argumentis vt ei cre deremꝰ diſtulit ad celũ aſcẽdere cũ om̃i dignatiõe et feruẽti dilectione noſtrã ſalutẽ operans et pro curans. Non enim ſufficit ei mortalis et paſſibilis cõuerſari nobiſcũ: ſed et glorioſus et immortalis ꝑ quadraginta dies manifeſtiſſime apparere apoſto lis et eos de regno dei docere. O amor q̃ʒtum deũ noſtrum ieſum ſignaſti nobiſcũ q̃ nõ videt poſſe ſe parari a nobis. et nos viliſſimã ſaniẽ dignat cum tanta ac tali diligẽtia ſibi per fidẽ et amorẽ vnire. Manifeſtata eſt etiã ibi ſũma potẽtia in magnifi cando. Magnificauit eñ eũ in cõſpectu regum et principũ: q̃ tamẽ in cõſpectu dei fuit ſemꝑ magnꝰ et iſtud ſeз xp̃m crucifixũ in conſpectu hoĩm mag



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nificare et oībus ſuperextollere fuit ſumme potētie. Quare? Quia fuit contra ſapientiam grecorum: contra ſcandalū iudeorum: cōtra ydolatriā romanorum contra ſeuitiā tyrannorum: contra oēm aſtutiā demoniorum: ſupra oēm rationē et intellectū ſcʒ credere hoīem crucifixum eſſe deū. Et iſtud fuit ſumme clementie eius: q̄ nos fecerit ſibi credere. imo etiam eum credere deū contra oēm duriciā et nequitiam noſtrā nos ad ſe ſua intima virtute trahendo: et iō ſummas grates et gratias ei debemus: q2 non fuit currentis neq̄ volentis ſed dei miſerētis. Quid ei ſibi fecim⁹ q̄ nos in eum pluſq̄ʒ reliqui crederem⁹ Fideliter ergo et cum omni timore et honore ſeruiamus ei pfecto corde et aīo volenti. et iubilemus ei cum totis p̄cordijs noſtris: q2 nobis indignis luxit cū iocūditate āmirabile lumē eius ⁊ dulciſſima ſuaniſſima et amabiliſſima claritas ei⁹ irradiat intima mētis: et tenebras cōuertit ī lucē. eleuat/ ꝯiūgit/ deificat et reſoluit. Ex his ergo manifeſte apparet q̄ ſūma potentia et ſūma clemētia dei refulget in paſſiōe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. ¶ Nūc reſtat videre qualiter ſūma ſapientia relucet ibidē. Et q̄ʒuis nō ſufficiamus neq̄ ſciam⁹ oīa enarrare: tamen aliq̄ de multis ad cōſolationē noſtrā dicam⁹. Sapientia eius ſumma in hac paſſiōe apparet in gratiſſima correſpōdentia in oībus myſterijs redēptionis a culpa. Nam ſicut prima mulier de virginea carne ſūpta et facta ſeducta eſt: ſic xp̄us de ꝟgine natus crucifixus eſt. Et ſicut illa accepit de ligno vetito et dedit viro ſuo de quo facta erat: ſic xp̄us in ligno crucis eſt paſſus volūtarie et hanc paſſionē matri ſue de qua natus fuerat cōmunicauit. cuius aīam doloris gladius pertrāſiuit. Vſq̄ em̄ ho

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ille ignoraui quare dñs nr ieſus xpus voluerit illā dulciſſimā matrem ſuā ſibi aſſiſtere et ſecū tam immenſo dolore affligi: cum bene nobis ſufficeret ſua paſſio. Sed vt video hoc ſūma clementia et ſūma eius ſapientia exigebat q̄zuis eſſemus indigni. Et ſicut eua seducta eſt volendo eſſe ſicut deus: ita paſſus eſt homo deus. Et ſicut illa de latere viri facta fuit principiū noſtre dānatiōis quia virum ſibi conſentre fecit: ſic xpus latus aperuit vnde virtus ſacramentoꝝ emanauit. Et ſicut illa vidit lignum qđ erat pulchrū viſui et ad veſcenduꝫ ſuaue: ſic xp̄s cōſputus eſt in vultu et amaritudine fellis guſtatus. Et ſicut illius pedes currūt ad lignuꝫ et manus extendūtur ad fructum: ſic xp̄s pedibus et manibꝰ eſt in cruce affixꝰ. Illa ambicioſa. iſte humilimus. Illa vero inobedientiſſima: iſte vſq̧ ad mortē obediētiſſimus. Cōtra appetitū ſcientie dei ſapientia condēnatur. Illi erant ambo nudi cum peccauerunt: chriſtū vero nudū crucifixerunt. Ibi hōies poſt culpā ſe abſcōderūt a facie dei hic xp̄us dñs deus noſter poſt mortem in ſepulchro abſcōditur a facie hominū. Illi deſcēderūt ad ymū ad laborandū hic deſcendit ad infernū ſpoliánduꝫ. Sic apparet aperte et manifeſte qualiter in hac beatiſſima paſſione glorioſiſſima ſūma dei ſapientia claret. ¶ Et in omnibus iſtis non ſolum dei ſapientia ſed etiam ſumma dei dignatio clemētia demonſtratur ꝙ ipſe voluerit pro comeſtione illiꝰ ligni lignū crucis aſcēdere et pro extenſis ad fructū manibus manus ſuas eleuare in cruce et huiuſmodi que ſuperius dicta ſūt. Hoc eñ fuit ſumme et ineffabilis ſue clemētie. Nec credo ꝙ tanta dignatio poſſit a creatura aliqua comprehendi. ſꝫ credo ꝙ in ipa an



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

geli et ſcti vere excedũtur et ſupeffundunt ab illis immenſitate clementie. vtpote ſicut piſcis in mari et ſi non ſit ſimilitudo perfecta. Accedamuſ ergo cariſſimi ad cor altũ. et in illa ꝓfunditate benigni tatis immẽſe totalr immergamur. Accedam⁹ cuz fiducia ad xp̄i latus et intrem⁹ ip̄m. Accedam⁹ ca riſſimi. accedamus et moriamur cum ip̄o. Acceda mus obſecro. accedam⁹ quia ad amplexus ei⁹ bra chia ſunt extenſa. O bone Jeſu quid feciſti ꝙ me tm̄ amaſti? Quare dn̄e quare? Quare dn̄e Jeſu? Quid ſum ego? Non ſum dignus vt intres ſub te- ctum meũ. q̄ztomagis vt moriaris propter pecca- tum meuz: ſed tm̄ dic verbo et ſanabitur aīa mea. Quare ad ip̄am ſanandã vis emittere aīam tuã? Sufficit dn̄e ſufficit verbũ tuum. Quare tam igno minioſa et crudeli morte effundis ſanguinẽ tuum. Solo verbo angelos celos et totũ hunc mundum creaſti? Quare tot doloribus tam dura et crudeli morte me nequiſſimum ſeruũ redemiſti? Sonet ob ſecro cariſſimi fratres in auribus veſtris vox illa dn̄i noſtri ieſu xp̄i. imo ſonet in intimis cordis vr̄i. Attendite et videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor me⁹. penetrẽt cariſſimi etiã iſti dolores intima no ſtra et corda nr̄a iſtis doloribꝰ gladient. Acceda- mus ad latus ei⁹ et ſugam⁹ ſanguinẽ ei⁹ qr hoc be neplacitũ ei⁹ eſt. Nõ faciam⁹ ip̄m talia fruſtra pa ti. nõ permittam⁹ hunc ſanguinẽ effluere ſuꝑ ter- ram. Fiãt ergo corda nr̄a receptacula et vaſa ſan- guĩs dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: et ei⁹ inebriati doloribꝰ dica mus. Nobis aũt abſit gloriari niſi in cruce dn̄i no ſtri ieſu xp̄i crucifixi Qd nobis ꝯcedat q̄ viuit ⁊ re gnat. ⁊c̄. ¶ Qd in paſſione dn̄i excitet et inflãme- tur cor hoīs ad ſeptem opera miſericordie.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Capitulum.xv.

Cum tamen per ea q̄ dicta ſunt in paſſiõe
dn̄i noſtri ieſu xp̄i multipliciṫ poſſit nr̄a
cõtēplatio regulari et p̄fici: nūc qualr̄ in
eadē ad actionē excitemur et dirigamur
reſtat aliqualiter intueri. Et q̄ actiue vite ſiue int̄
alia op̄a mīe et pietatis amplius eloquia ſacra cõ-
mendauit et etiā q̄ de illa actiõe q̄ ad verā afflicti
onē et deiectionē ſpectat ſatis eſt ſuperi⁹ tractatū.
Ideo ad preſens aliis pretermiſſis videam⁹ q̄liter
in illa paſſione dn̄ica eſt excitatio inflāmatio exem-
plar ſpeculū illorū mīe operuꝫ de quibus in Mat.
dn̄s noſter dicit ſe in iudicio diſceptaturū et pro ill̄
eternuꝫ premiū largiturū ſiue redditurū. Venite in
quiens benedicti patris mei. ꝛc̄. Eſuriui. ꝛc. Abſter
gamus ergo cariſſimi caliginē ab oculis cordis no
ſtri et intueamur diligentiſſime illam beatiſſimam
paſſionē et videbimus clare qualiter in ipſa p̄dicta
opera eleganter relucēt. Sed primo videamus q̄li
ter ad ipſa complenda allicimur poſtea videre po-
terimus qualiter per ipſam in eiſdem operibus re-
gulamur. Si em̄ cõſideramus qualiter domin⁹ no
ſter eſuriuit et ſitiuit multum pro nobis: multū mo
ueri debemus vt eſurientes et ſitientes paſcamus
vt ſibi in ſuis membris ſubueniamus. Et vt omnia
reducamus ad paſſionem chriſti audiamus in euā
gelio ipſum Ieſum clamantem in cruce. ſitio. Naꝫ
ſi beati ſunt qui eſuriunt et ſitiunt iuſticiam cum ip
ſe fuerit plenus omni gratia et perfectione. Ipſe
maxime in hac beatiſſima paſſione noſtram iuſtici
am eſuriuit et ſitiuit: quia quando moriebatur non
pro ea ſolum eſuriem et ſitim ſpiritualem habuit
ipſe in cruce: ſed etiam valde probabiliter. credo ꝙ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

corporalem famen et ſitim ibi habuit: quia nocte precedenti multum laborauerat et vigilauerat in oratione: et poſtmoduz in capture anxietate et demum diuerſis flagellis et laboribus fatigatus circa horam ſextã quando appetitus ſolet incitari et intendi vel excitari et incendi. Fuit cruci affixus et vſq3 ad nonam ieiunauit ibidez et dixit ſitio. Et ipſi ei propinauerunt acetum: qđ cum accepiſſet inclinato capite emiſit ſpirituz. Nec eſt multum credibile ꝙ tunc virtute diuinitatis reſtiterit alicui neceſſitati et indigentie corporali ſicut cum quadraginta diebus ieiunauit: quia ipſi paſſioni expoſuerat ſe plene pro nobis in cruce. Sic ergo quia dñs noſter ieſus xp̃s eſuriuit et ſitiuit pro nobis. multũ alici debem⁹ ad ipſum paſcendum in membris ſuis. Peregrinus etiaz fuit dñs noſter: quia dixit imminente illa morte beatiſſima. Regnum meum nõ eſt de hoc mundo. Etiam in cruce maxime peregrinus fuit et alienus reputatus pro nobis quia amici et proximi eius tunc longe receſſerunt ab eo: et tanq̃z peregrinus extraneuſq3 factus eſt fratribus ſuis. Nunc ergo peregrinum fratres cariſſimi pro nobis factum recolligam⁹ in mẽbris eius. Nudus etiã fuit dñs noſter in cruce ꝓ nobis ipſũ obſecro induam⁹ in membris eius. Ibi etiã apparuit vere infirmus dolorib⁹ et anguſtijs plenus ꝓ nobis ipz viſitemus in membris eius. ¶ Captus eſt ꝓ nobis et captiuus ad crucem deduct⁹ in ea ſuſpenſus et cõclauatus ad membra ſua captiua et incarcerata eamus. Sic ergo apparet qualiter in prehabita paſſione fuit tanq̃z verũ abiectũ allectiuũ et excitatiuum ad p̃dicta opera maxime complenda in mẽbris eius. Nunc videamus qualr̃ in p̃dicta paſſiõe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fuit exemplar motiuum et directiuū in opibus ſuis
predictis. Ipſe em̄ eadem opera exercuit. Ipſe em̄
latus ſuū aperuit et ſanguinem ſuum fudit ad ſitiē
tes potandos. Carnem ſuā in ara crucis igne ardo
ris nimij amoris concremauit ad eſurientes paſcē
dos. Et ideo in cena precedenti ſacramentum alta
ris ordinauit ad nos reficiendum qḋ quidem ſacra
mentum eſt memoriale dominice paſſionis. Naʒ ca
ro ſua vere eſt cibus et ſanguis eius vere eſt potus
ſicut ipe dn̄s teſtatur. Si ergo de ſeipſo dn̄s noſter
Jeſus fecit cibuʒ nobis et potū quātomagis nos a
lere debemus eſurientes et ſitientes nō ſolū de ſup
fluis ſed etiam de neceſſarijs noſtris. Si em̄ dn̄s no
ſter dedit nobis carnem ſuā in cibuʒ quātomagis
nos debemus dare ei in mēbro ſuo carnes beſtiarū
noſtrarum. Si em̄ ſeipſū panē viuū qui de celo de-
ſcendit dedit nobis ad manducandū quātomagis
dare ei debemus in mēbris eius panē mortuū q̄ de
terra exiuit. Si nobis dedit cibuʒ ſpūalem panem
ſcʒ angelorū qui nos ſibi vnit et cōuertit in ſeipſuʒ
quātomagis nos ei in membris eiꝰ dare debemus
vtrem vini vel lactis vermiū ſcʒ nutrimentum. Si-
mus ergo cariſſimi fratres ſolliciti ad alēdos pau-
peres xp̄i: immo ad alendū xp̄m in paupibus ſuis.
¶ Opus etiā hoſpitalitatis exercuit in ipſa cruce
Nam ibi erat quidā peregrinus qui iuerat viā lon
ginquā: et a xp̄o hoſpitium petens ait. Memento
mei dn̄e dū veneris in regnum tuū: Quaſi diceret.
Digneris dn̄e Jeſu xp̄e peregrinum recognoſcere
et in illo regni tui palatio recolligere. Mirū de dei
clementia: iam oblitus eſſe videt̄ qḋ alias dixit illi
qui de eius hoſpitio interrogabat eum. Vulpes
foueas habent et volucres celi nidos. Filius autem



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Sed quid? Non tantum non tardat ipſuz hoſpitio recipere: non ſub porticu: non in ſtabulo: ſed in ſeipſo: non cras: non poſt cras: ſed hodie mecū eris in paradiſo. O miſera hominū nequitia dn̄s noſter latronem recepit in hoſpitio et in ſeipſo et nos in terrenis et lutoſis domibus etiā bonos recipere nolumus ſed excuſamus nos et dicimus forte ipſi ſūt latrones. Memento miſer homo q̄ latronem dn̄s ipſe recepit. Et ſi forte nō potes quia et tu pauper es recolligere in materiali domo: recollige ſaltem euz in corde tuo ei compatiendo. Denudauit etiam ſe dominus noſter ieſus xp̄s ad noſtra verenda operienda et nudus pependit in cruce quātomagis perſonas noſtras nudare debem⁹ ad operienduz eum in pauperibus ſuis aut vt de nobis loquar cellarū aut lectorum angulos a ſupfluis tunicis pro chriſti pauperibus euacuare debemus. O quantū gaudium nobis eſſe deberet cū nos exuere poſſemus pro xp̄o vt nō ſolū ſuperflua ſed etiaz nobis neceſſaria pauperibus largiremur. Ipſe em̄ pro me nudatus eſt et ego pro ipſo nolo indigentiā illam pati. Abſit a nobis hoc fratres cariſſimi: non ſolum noſtra ſed nos proximis noſtris: immo chriſto in proximo largiamur quia ipſe ſe totum nobis dedit. Nam et ipſe nos infirmos viſitauit et in cruce infirmitates noſtras et cunctarum infirmitatum noſtrarum anguſtias et dolores ſuper ſe portauit. Sic cariſſimi fratres infirmos eius ſolicite viſitemus et eorū infirmitates ī nos cōpatiendo inſimul recipiam⁹ ſiue transformem⁹ vt dicamus cum ap̄lo paulo. Quis infirmat̄ ⁊ ego non infirmor? Ipe etiā dn̄s nr̄ ieſus in illo triduo captiuos īferni adīt. Quō ergo erit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ac deterrimus et ꝓfundiſſim⁹ carcer qui ibi viſite
mus captiuos:immo in captiuis dn̄m noſtrū ieſu.
Totum em̄ reputat dn̄s noſter ſibi fieri quod amo
re ipſius facimus membris eius. Omnium autem
iſtarū pietatū in dn̄o noſtro cōpulſiua: cōſeruatiua
et cōfortatiua fuit illa pietas qua ꝓ ſuis crucifixo=
ribus exorauit. Sic et nos noſtrā pietatē et miſeri=
cordiā erga proximuꝫ conſeruare debemus in hoc
vt nō ſolum nos offendentib⁹ parcamus et erga il
los tranquillum animū habeamus verumetiā pro
ipſis affectuoſiſſimas ad deum preces fundamus.
Quod nobis concedat qui in trinitate.⁊c.

## ¶ Oratio valde deuota circa paſſionem dn̄i.

## ¶ Capitulum .xvi.

O Domine Jeſu xp̄e:o vere amice: o aman
tiſſime ſponſe fac lutū ex ſputo:⁊ lini ocu
los meos vt qui cecus ſū videre valeā vul
nera tua. Introduc me dn̄e ieſu quāuis i
dignissimū famulū tuū in gazophilatiū veri tem=
pli vt intueri valeā quid quātunq̄ obtuleris patri
ꝓ nobis. Fortaſſis aīa mea quāuis ad te vero ſpō=
ſo multis iniquitatib⁹ viduata ſit offerret tibi duo
minuta. Recipe me quāuis filiū ꝓdigū ad comedē
dum tecū vitulum ſaginatū aſſatuꝫ in cruce. O. bo
ne et vere magiſter doce me thezauros ſapientie
viliſſime mortis tue. Iterum atq̄ iterū domine. Je
ſu aperire digneris latus tuum michi nequiſſimo
famulo tuo. vt oculi mei qui depredati ſunt aīam
meam in tuo latere inueniant p̄dam meā. O bone
Jeſu nimis ſaxeum eſt cor meuꝫ niſi emolliatur ſā
guine tuo nimis diſtractum eſt cor meum niſi re=
colligatur in latere tuo . O bone paſtor ego ſum
illa ouis que perijt et errauit pro qua in cruce po=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuiſti animã tuam. Ecce ego ſum agnoſce eam: in=
troduc me caulas vulnerũ tuorũ. Tu autem dñe ie
ſu xp̄e in tua paſſione me cuſtodias diligenter. Nã
ſine tua morte morior: ſine tuis vulneribus vulne=
ror: ſine tuis conuicijs conuicior: ſine tuis flagellis
virga nõ equitatis ſed iniquitatꝫ flagellor. Sed qꝛ
neſciui ꝑſeuerare in tua viliſſima paſſione ſũ quaſi
in nichilũ iam redactus qꝛ ignominiã crucis dimi=
ſi ignominioſus factꝰ ſum: qꝛ ſtulticiam crucis re=
liqui ſtultiſſimus et vaniſſimus factus ſũ: quia in=
firmitatẽ tue paſſionis neglexi. infirmꝰ factus ſum
quia a doloribus aculeorũ tuorum receſſi: ſpinis cõ
cupiſcentiarum cõfixus ſũ. Quid dicam? Niſi cor
meum doloribꝰ tuis aperiatur nefandiſſimis vitijs
aperitur. Niſi ſciat latitare in vulneribꝰ tuis a la=
tronibꝰ plagis impoſitis ſpoliatur. Nã contra ſu=
peruacuã et vanã gl'iam/auaritiã/et inuidiaꝫ/odiũ
ſiue iram et accidiã/gulaꝫ et luxuriam. ꝑfectiſſima
medicina immo ſine qua nulla alia medicina eſt
paſſio tua. Contra ſuꝑbiam eius hũilitas: vanam
gloriam eius vilitas: auaritiã eius nimia largitas
et ſic de alijs. Ipſa eſt que ſepit aures ne audiã va
na vel praua: oculos claudit ne aſpitiã mortifera
vel nociua: os obſtruit ne loquela vel guſtu offendã
Nares obturat ne circa odorifera offendã. manus
ligno affigit ne extendãtur ad tactus vel opera vi=
cioſa: pedes conclauat cruci ne inutiliter vel nociue
diſcurrãt. Ip̄a fouet mutuã dilectionem: auget in=
ternam deuotionẽ: eleuat ad ſupernã contẽplatio=
nem. Hanc ergo dñe acerbiſſimã paſſionẽ et igno=
minioſã da michi in ſponſã et indiuiſibili et indiſſo
lubili vinculo ipſam michi cõiunge ſuꝑ om̄s muli=
eres id eſt delitias ꝫ cõſolationes temꝑales/adama

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ui eã:et tamẽ ſepe alia ſup inducta repudiaui eam:
nunc mõ venio et requiro eã:ne queſo mecũ agas
iuris rigore ſed tue clementie diſpenſatione. Hanc
ergo da michi dñe ieſu:qꝛ hanc amaui: hanc dilexi
hanc totis viſceribus cõcupiui:ipſa ſola michi ſuffi
cit:ipſa ſola me medullitus nutrit et reficit in hac
vita. Ipſa eſt vita mea/ conſolatio mea et delicie
mee/ipa lux et ſapientia mea: ipſa reducit et dedu
cit:ſine ipſa deuio et erro:ſine ipſa a portu ſalutis
declino. ¶ O bone ieſu nichil a te peto in hac vita
niſi vt perfecte ſim tecum crucifixus in cruce. Cer
te dilectiſſime dñe ieſu nolo viuere niſi moriar tecũ
aut ergo da michi mortem temporalẽ aut in corde
meo imprime tuam mortem. Heu michi quare na=
tus ſum niſi dñm meum ieſũ amplectar in cruce:et
requieſcã in vulneribus eius. Magis eligo ad pre=
ſens tecum crucifigi qꝫ tecuꝫ delicijs affluere. Hanc
tuaꝫ viliſſimã paſſionẽ volo:hanc peto: hanc totis
internis concupiſco medullis:omnibꝰ ꝓ ipſa abre
nuntio et etiã meipm relinq:ipa ſit michi aĩa mea
et corpus meũ et oĩs cõſolatio mea. Nam ſanguis
tuus inebriat me et dolores tui ſciderunt cor meuꝫ
Dñe ieſu pro me feciſti celum.et ſolem:lunã:et ſtel
las:ignẽ:aerem:aquã et terram:aues:et piſces: be
ſtias:et reptilia.arbores et flores:herbas:et olera:
aurũ ⁊ argentũ:vniuerſa metalla:colores diuerſos
et lapides precioſos. Sꝫ qs de manibus tuis queſi
uit hec? Sine petitione:ſine inſtãtia hec omnia no
bis dediſti et tota die affligo animã meam petẽdo
ignominioſã mortẽ tuã et vix poſſũ aliquã guttulã
ĩpetrare. Scias dñe Ieſu qꝛ oĩa viſibilia michi vi
leſcũt:ꝓ ipſa tibi vniuerſa reſtituo ⁊ da michi vul=
nera tua. Hec ſuper celum abilitant cor meuꝫ ſup

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſydera refulgent:et illuminãt intellectum meũ ſup
ignem accẽdũt affectum meũ ſup aerem fecundant
ſermonem meũ:ſup aquã emolliunt animũ meum
ſuper terrã ſtabiliũt et fecundant affectum meum
Hec auibus beſtijs et piſcibus vtiliora fructibus ſu
auiora arboribus et floribus ameniora argento au
ro:et lapidibus precioſis precioſiora : immo certe
hec omnia nõ niſi vanitas eſt vel ſunt reſpectu tue
paſſionis viliſſime. Hanc volo domine ieſu:hanc vo
lo:tribue michi in vxorem. Non peto pulchritudi-
nem celi:ſed ignominioſam tui:non mundi dilitias
ſed tuas anguſtias. Cito michi domine ieſu tribue
eam:nolo ſecum domine Jeſu ſponſalia facere:ſed
matrimonium conſummare. Conſentiat in me do-
mine Jeſu:quia conſentio in eam:et eſt matrimoni
um ratũ. Intrent cor meũ vulnera tua et ipſa ĩtrẽt
animã meã:et erit matrimoniũ cõſũmatũ. ¶ Sed
quis ſũ ego dñe mi ieſu vt a te in ſponſã illã audeã
petere quã ſolã tuis intimis amicis et maximis ꝓ
oĩbus amicitijs tuis cõiungis? Sꝫ quãuis nichil ni
ſi vanitas ⁊ deteſtãda ſanies ſim. p̄ſumo tñ de imẽ
ſa clementia tua:et ſi nõ habeã puritatẽ et ſãctita-
tem matris tue vt digne tibi compatiar:latrõis tñ
prauitatem habeo vt ſecum ad latus tuum crucifi
gi debeam ¶ Magis in hac vita deſidero domine
Jeſu cum latrone tecum in cruce aſcendere:qꝫ cum
Petro:Jacobo:et Johanne in montem tranſfigu-
rationis tue cõſcẽdẽ. Magis placet ad preſens ocu
lo mẽtis videre te ꝯſputũ qꝫ tranſfiguratũ:et ſi nõ
ſum tanqꝫ velũ nobiliſſimũ in templo vt in morte
tua ſcindar:ſũ tamen fetidiſſimum monumentum
vt ad apertionẽ tui lateris aperiri debeam. Quid
in me queris dulciſſime dñe ieſu? Si in morte petre

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſciſſe ſunt. ego tñ durior ſum petra Si enim terra mota eſt: et ego terreniſſimus ſum. Quid ergo iniquitatis deeſt ī me: vt nõ indigeã tua morte. Et ſi celeſtis non ſim in tibi compatiendo: nec queam cum ſole obſcurari: tñ infernalis conuerſationis ſũ vt in hoc triduo mortis tue a te debeam viſitari. Non ergo dñe ieſu te retrahat iniquitas mea quin michi hãc nobiliſſimam ſpõſam ignominioſam ſcilicet mortem tuam inſeparabiliter michi eius deſiderio eſtuanti cõiungas. Ipſa enim eſt pulcherrima oĩm mulierũ id eſt excellentiſſima oĩm gratiarum. In ea fuit ſũmus cultus dei. ſũma dei dignatio. ſũma dei ad nos diffuſio. Ipſa ſũma dei ſapiẽtia et prudentia ꝑcuſſit ſupbum tua potentia. aĩas de inferno tranſtulit in celum ſua poteſtate: placauit ĩmo et donauit deũ cuius violeũ colorẽ amplectunꝶ humiles et cõfeſſores. filiĳ candorem innocẽtes et virgines roſeum luborẽ amplectunꝶ martyres in caritate feruẽtes: q2 in ea fuit ſumma humilitas innocẽtiſſima virginitas et excellentiſſima et exceſſiua caritas. Eius purpureũ et coccineum colorem admirantur angeli. ac eius fragrantiſſimuꝫ odorẽ ſentiunt et ſuſcitanꝶ mortui. Ad eius ſuauiſſimũ tactũ roboranꝶ infirmi: ad eius dulciſſimum guſtum reficiuntur et cõſeruanꝶ perfecti. Talis eſt filiĳ hieruſalẽ et filie ſponſa mea et amica mea. deſideriũ aĩe mee. Ipſa inimicũ meũ dyabolum ſuperat in me: a mũdo me alienat. carnẽ meã bene caſtigat. Michi ergo abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri ieſu xp̃i per quẽ michi mũdus crucifixꝰ. ꝛc̃. Eſt ergo michi q̃ppe mi dñe ieſu magna gloriatio ꝙ pro me celũ et ſydera et alias inferiores creaturas feciſti. Sꝫ multo ſine cõparatiõe maior michi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gloriatio ꝙ pro me dignatꝰ es mortalis fieri. Ma
gna quippe gloriatio ꝙ me feciſti ad ymaginem ⁊
ſimilitudinē tuā: ſꝫ ſine comparatiōe maior michi
gloriatio ꝙ pro me formā ſerui accipiēs factus eſt
ſimilis michi. Magna michi gloriatio ꝙ tot bene
ficijs me gubernas et nutris. Sed ſine cōparatiōe
maior michi gl'iatio ꝙ ꝓ me eſuriſti: ſitiſti: et fati-
gatus ſupꝫ fontem ſediſti: et multa incōmoda ſuſti-
nuiſti. Magna michi gl'iatio ꝙ cunctis aīalibꝰ me
prepoſuiſti: ſed ſine cōparatione maior ꝙ ꝓ me te
dn̄m omniū vni puelle ⁊ fabro ſubdidiſti. Magna
michi gloriatio ꝙ me ſi amicꝰ tuus fuero honori-
ficaturꝰ es in celo tuo. ſed ſine cōparatione maior
mihi gloriatio ꝙ ꝓ me adhuc peſſimo inimico tuo
cōuiciatus conſputꝰ et multipl'r illuſus es in me-
dio terre. Magna michi gl'iatio ꝙ me ſi iuſtus fue
ro ditaturꝰ es in regno: ſed multomagis eſt michi
magna gl'iatio ꝙ ꝓ me pctōre in extrema pauper
tate fuiſti in ligno: qꝛ q̄ztū ad guſtū cum ſitires fel
habuiſti et acetū: q̄ztuꝫ ad operimentū corpus ha-
buiſti nudū: q̄ztum ad reclinatoriū nō habuiſti vbi
reclinares caput tuū. immo corona ſpinea fuit pul
uinar tuū. Magna michi gl'iatio ꝙ ſi gratiaꝫ vſqꝫ
ad finē habuero me delectatiōe es impleturus vni
uerſarū delitiaꝝ paradiſi: ſed multo michi maior
gloriatio ꝙ ꝓ me tuo cōtēptore et pleno oī abhoī-
nabili ſanie. īpletꝰ es ineſtimabilibus anguſtijs: et
doloribꝰ morte turpiſſima ꝯdēnatꝰ ī caluarie loco
Magna michi gloriatio ꝙ ſi angelice vixero ī ter-
ris angelis es me ſociaturꝰ in celis. ſed multo ma
ior michi gloriatio ꝙ ꝓ me dyabolicā vitam ducē
te cum latronibus es crucifixus in terris cū impijs
et iniquis aſſociatꝰ et deputatus. Michi ergo ab-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſit niſi in cruce ieſu xpi gloriari. In quo debeo glo
riari, niſi in ſūmo dei mei honore. ſumma dei mei
erga me gratia ſine dilectione et dignatione? Hec
autē ſunt plene in cruce. Michi ergo abſit gloria
ri. &c. ¶ Si enī precioſa eſt in conſpectu dñi mors
ſanctorū eius: quia patiunt et moriunt pro ipſo q̄nto
magis debet eſſe glorioſa in conſpectu nr̄o mors
dñi noſtri ieſu xpi cum ipſe patiat et moriat pro no
bis. Igitur gl'iari nos oportet in cruce dñi noſtri
ieſu xpi. Sed heu heu audi iterū clamantē ieſum
et dicentem. longe feciſti notos meos a me poſue=
runt me abhoīatione ſibi. Elongaſti a me amicū
et primū et notos meos a miſeria qui videbāt me
foras fugerūt a me: perijt fuga a me et non eſt quī
requirat aīam meā. Extraneꝰ factus ſum fratribꝰ
simul meis et peregrinus filijs matris mee. Suſtinui quī
~~ſimilis~~ ꝯtriſtaret et nō fuit q̄ ꝯſolaret et nō īueni.
Nolite fratres cariſſimi nolite fugere: nolite cruci=
fixum in medio latronū ſolū relinq̄re. Redite ob=
ſecro et eamꝰ et moriamur cū illo. oēs fugerūt ſo
la dña mater remāſit cū eo. Eamꝰ cū iohāne: et aſ
ſociemꝰ dñam noſtrā et ſtemꝰ iuxta crucē cum ea.
Si enī maria cleophe et maria magdalene aſſociāt
tur virgini matri: bene poſſumꝰ nos aſſociare ma=
tri et diſcipulo. Credo firmiter q̄ cum iohanne di=
cetur nobis. Ecce mr̄ vr̄a de dña nr̄a. et ei dicetur
ecce filij tui. Simus cariſſimi cū matre ſi volumꝰ
filium cū matre lucrari. Non enim poteſt vnus ſi=
ne altero impetrari. Aſcendamus cū eis in palmā
et apprehendamꝰ fructū eiꝰ: nā in ea corꝰ virginis cū
filio pendet. Nullus ſe excuſet in quocunq̄ ſit ſta=
tu. q: nullus eſt q̄ nō inueniat in hac arbore ſuauiſ
ſimū fructū et ſufficiētiſſimū nutrimentū. Nam ſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pctōꝛes illā acerbiſſimā et ignominioſam paſſiōeꝫ cōſidera ad deteſtandū pctm̄ et hoꝛrenduꝫ: qꝛ ipſe pꝛo pctis nr̄is moꝛtuꝰ eſt. Si incipiēs et penitens es cōſidera illā paſſionē ad exēplū penitētie et ſa=tiſfactionē habendā. Si es pficiēs cōſidera illam paſſionē ad eius effectus rimādū et ruminandū in q̄ multū pficit homo. Si es pfectus cōſidera illaꝫ paſſionē ad xp̄m et matri eiꝰ intime ꝯpatiendū et totū te in illā paſſionē trāſfoꝛmādū. Si tu es in iuſticia cōſummatꝰ cōſidera illā paſſionē ad dei dilectionē et dignationē erga nos admirandū. Nullꝰ ergo ſe excuſet q̄n hic inueniat ſuū pabuluꝫ q̄n hic inueniat poꝛtum domiciliū et centrū ſuū. Hos igit̄ q̄ncꝫ ſtatus quincꝫ dn̄i noſtri plagas cū eſtuāti deſiderio appꝛehendite in curā et ſollicitudinē continuā coꝛdis veſtri. Qd nobis cōcedat Jeſus xp̄us crucifixus bn̄dictus in ſecula. Amen.

¶Explicit pꝛima pars huius libꝛi q̄ ſpecialiter tractat de xp̄i paſſione glorioſiſſima.

¶Incipit ſecunda pars que ſpecialiter tractat de pꝛofectu hoīs et contemplatione de hijs videlicet que ad cōtemplationē diſpoſitiua ſunt. Et pꝛimo. Qualiter homo poſſit amplius pficere et magis deo placere.

## ¶Capitulum pꝛimum.

VT homo poſſit amplius pficere et magis deo placere: iſta decem que ſequunt̄ in ſe ſtudeat habere. ¶Pꝛimo ſtudeat qualiter poſſit vel q̄ꝫtū pōt ſe viliſſimum reputare et indignum omī bn̄ficio dei. Sibi diſpliceat ſoli deo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

placere cupiat. Ab aliis velit vilis nõ humilis reputari. Et ex hoc summã dei clemẽtiã recognoſcat ꝙ cũ ſtercus ſit viliſſimũ in oĩb⁹ infideliſſimũ ad im̃eſe maieſtatꝫ iniuriã tã promptiſſimũ dignat̃ in ſeruũ ſibi aſſumere. et qđ maius eſt adoptare in filium. Non enĩ reputes magnum ꝙ deo ſeruis. ſed reputa maximũ ꝙ ipſe dignatur habere ſic inſufficientem et miſerum ſeruum. ¶ Scđo vt de nichilo de peccato vel ad peccatum inducẽte et a bono retrahente doleat imo de quacunqꝫ tribulatione iniuria et afflictione gaudeat. Inferentes intime diligat. ſpecialẽ orationẽ pro eis faciat. deo ĩde copioſas laudes referat et ad regratiandum ei de tanto beneficio inſufficientẽ ſe recognoſcat. quia quẽ diligit deus corripit et caſtigat. et ipſe tribulationes ad deum nos ire compellunt. ¶ Tertio vt paupertatẽ et omnẽ penuriã propter chriſtum diligat de temporalibus niſi ſtricte ad neceſſitatem ſuã nõ requirat aut quocũqꝫ modo appetat. ſed xp̃o capiti in paupertate et in oĩs cõſolatiõis corporalis delectione ſe ſtudeat cõformare. Et hoc debet maximum reputare ꝙ rex regum et dñs dñantium xp̃s ſic ſeruum viliſſimũ ſuis dignat̃ induere ornamentis vel veſtimẽtis et ſibi lutũ fetidiſſimũ ſimilare. Ideoqꝫ q̃to videt ſe ditiorẽ et in pluribus corpis cõſolatiõib⁹ abundare tãto debet intimius et pfũdius cõtriſtari cernẽs ſe eo magis xp̃i ſimilitudine elongatum. ¶ Quarto vt in bonis. et in indifferẽtibus alterius potius q̃ꝫ ſuam ſtudeat adimplere voluntatem. immo ſemꝑ ſuam in exterioribus actibus ſtudeat abnegare. aliorũ bñplacita affectans cum omni vigilantia in licitis adimplere. Et ſi hoc circa oẽs facere debeat. ſuoꝝ tamen ſuperiorũ de-

f. i.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bet precipue obedire bn̄placitis et ea totis viribus
ꝛ viſceribus amplexari q̄cūq̄ dixerint honeſta eſſe
aut velle fieri. Si ergo aliqua intimauerint: debet
ꝑ poſſe ſuo cū magno deſiderio effectui mācipare.
¶ Quinto vt nullum q̄ztūcunq̄ miſerū deſpiciat:
ſed potius erga oīes materno moueat affectu: et
ſic omībus intime cōpatiat ſicut mater vnico filio
ſuo pre dilecto oēs coꝝ miſerias reputat eſſe ſuas.
Et ſicut ſibimetipi debet oībus ſi tamē poteſt ſub
uenire. Et q̄zuis erga oēs in cōpatiēdo et miniſtrā
do debeat maternaliter ſe habere: debet tn̄ omnes
tanq̄z patres et dn̄os reuereri. ¶ Sexto vt nullum
iudicet de pctō cum ignoret quid diuina gratia in
aīa operet. Sz ſi aliquē ꝑ ſigna aliqua manifeſta
cōpererit peccatorem: plus de pctō doleat q̄z ſi vul
nus proprio corpori milleſies inferret. Recogitet
etiaz ꝙ precioſior eſt aīa q̄ ſic letaliter vulneratur
q̄z oīa corpora vniuerſi ſcz tam hoīm q̄z celorum
inq̄ztum corpora. Et ideo ſicut corpus meū ama-
re vel cuſtodire vellem: ſic immo multomagis de-
berem ꝓximum cuz omni diligentia cuſtodire et a
pctō retrahere/ orōne/ exhortatione/ et exemplo.
¶ Septimo vt bonum ꝓximi ſicut ſuum diligat.
et ſicut mater in bonis filij iocundatur ſic in bonis
oīm viuentiū debēt iocūdari et maxime de his que
ſpiritualia ſunt et ad ſpiritualia īductiua: et ſic ac
ſi ſua eſſent debet aliorum bona procurare: et pro-
curata ſolicite promouere et ſemper debet plura ꝛ
maiora de proximo credere q̄z valeat intueri. debꝫ
nichilominus de bonis temporalibus proximi nō
modicū cōgaudere. ¶ Octauo vt nichil preter de
um diligat: ſed pure propter deum vt in omnibus
ſolus deus ſinceriter diligatur ſine ſocio: nec alli-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ciat quantacunq; ſanctitas alicuius aut beneficio-
rum immenſitas nec aliquem diligat amore ſingu
lari: ſed amore communi vt ſcʒ caritate omnes in
deum referens magis diligat meliorez. ¶ Poteſt
tamen beneficia pro beneficijs repēdere: et pro be-
nefactoribus et ꝓpinquis et precipue parentibus
orationem deo ad ſalutē aīarum effundere ſpecia-
lem. ¶ Nono vt quicquid faciat et quibuſcūq; ne-
gocijs implicet deum tñ ſemꝑ actu in corde habe-
at ⁊ nichil aliud q̄ʒ honorē ſuum in oībus actua-
liter ſeu habitualiter intēdat ac ad hoc p̄cipue ni-
tatur vt ſic ſemꝑ p̄ſentez deum intelligat ac ſi ipm
qui vbiq; eſt p̄ſens in ſua videret ſubſtātia et eſſen
tia ſicq; eum timeat et reuereat et immenſo amo-
re in ipſuʒ feratur eoq; prout poteſt in via fruatur
et in ipſo et non in alio requieſcat. ¶ Decimo vt
ſi predicta aſſequi poteſt eſſe magna dei beneficia
recognoſcat. Debet tamen et ceterorum beneficio-
rum innumerabilium ſcd̄m ꝙ poteſt reminiſci. et p̄
cipue ꝙ ſua eum voluit ymagine inſigniri: eiuſq;
naturam aſſumere et ſe pro ipſo morti tradere.
In via ſibi in cibum: in gloria in premiū tribuere
ſemetipm. Et quia nondum aſſecutus eſt eū in pre
mium tandem in via aſpiciat eum in patibulo: ſic-
q; ſibi cōpatiat ac ſi oīa eius vulnera in ſuo corde
ſuſtineret. Et de hoc p̄cipue dolere debet ꝙ tot vi-
det fruſtrari bn̄ficio tam immenſo. Cernat eum de
niq; in altari exhibitū ſibi in cibum et potū oīs ſa
poris ſuauitatē habentem et in ipo toto affectu de
lectat⁹ clamet et dicat. Dn̄e ieſu xp̄e qui es panis
vite ita me de te ſatiare dignare vt nichil preter te
eſuriā: ita me de te inebriare digneris vt nichil pre
ter te ſitiam. Tene dn̄e mentē meā ne interuenien-

f. ij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te vmbra terre a te vero ſole iuſticie ſeparet. Matri autem xpi oēm quā poterit reuerentiā exhibeat et dicat. Dilectiſſime dn̄e ieſu dignare me infirmuꝫ peccatorē matri tue reuerentiā debitam exhibere. Et tu clemētiſſima dn̄a impetra michi vt ſue et tue ſemper deditus ſim ſeruituti et tibi omni tempore obſequar pura mente et corde et corpore deuotis continue tue benignitati aſſiſtam. Amen.

¶ Qualiter hō in ſe amorē vel ad amorē dei ſe dꝫ incitare vel excitare et q̄ꝫtum poteſt cor ſuum vnire vel ignire. s. cogit[illegible] ¶ Capitulum .ij.

Quia cor contemplantis non ceſſat ſiue ceſſare nō dꝫ inueſtigare quō ſui creatoris amore amplius inardeſcat. ꝓpoſui balbutiens ad hoc inducere aliquod inductiuū. ¶ Primū ꝗ agnoſce o homo ꝙ nichil eſt quod ad eius amorē tantū te inflāmet ſicut beneficioꝝ eius immēſa donatio. Hoc eñ ipſo ꝙ ipm̄ ad largiēdū tibi ineffabilia liberꝫ vel liberaleꝫ recogitas ipm̄ te diligere nimiū recogitare conuinceris. Quid eſt hodie quod magis incitet vel excitet ad amorem quē diligi et amari? Hoc eñ faciunt quantūcunqꝫ crudeles hoīes quia diligentes ſe diligunt q̄ꝫuis hoc erga ſuum creatorem inſtigante antiquo ſerpente negligant adimplere. Cogita quicquid velis. et inde creatorē tuū habebis non modicam materiam diligendi Accede ergo ad ipſū per hūc modum. Debes non ficte ſed veraciter recogitare te aſſiſtere coraꝫ domino tuo. Ita eñ eſt vbi es ſicut eſt in celo empireo et te eſſe ſuum et non tuū cogita. ꝗ non dubites ꝙ ab eo quicq̄d ad ſaluteꝫ pertinet nō ad tuū damnum petieris impetrabis. Hec certe oīa ſunt incentiua amoris. Quomodo diligis eum cu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſus es et qui paratus eſt omnia tibi dare. Nonne multum diligis eũ qui aliquid tibi tribuit? Nõne ergo magis eum diligis qui oĩa: immo etiam tibi tribuit ſemetipſum? Si ergo te diligis: quomodo ipſum qui te fecit non diligis? Tu te deſtruxiſti et adhuc deſtruis et te amas et ipſum qui te cõſtruit et reſtruxit et cõſeruat non amas. Dic ergo domino. dñe creatura tua ſum: et michi teipſum negare non potes. Sed anteq̃ꝫ ꝓcedas hec que dixiſti me ditare et inflammare amore. Quis enim amplius ſe cõtinere poteſt quin ſtatiꝫ oĩbus oblitis in deum ſe totum ꝓiciat nõ per partes: dũ cogitat dñm ſuũ ſummũ bonũ: delitias angelorũ: premiũ btõrũ: hoĩ infirmo et corruptibili cuius miſeriã nemo poſſet exprimere ſemetipm negare non poſſe: et quãtuncunq; ſit infirmus ſeu miſerrimꝰ et pctõr ſi ad ipm ſe cõuerterit et ipſum petierit obtinebit: et hec nos deſiderat petere et largiri cũ dicit petite et accipietis. Neſcio quid amplius laboramus: cur quotidie nos affligimus circa nichil cum poſſidere creatorẽ omniũ valeamus. Quid ergo amplius laboramꝰ et querimus? Si enim omne bonum ſic leuiter habere valeo: cur nitar plena miſerijs poſſidere? O domine deus meus quid tibi niſi iniuriã facimꝰ: ꝙ te nobis tribuis ſic libenter? Si te habeamꝰ nichil tibi confert: et tamen ſic nos diligis ꝙ te nobiſcuꝫ eſſe: delitias tuas dicis. Quare nos tantum diligis vt libentius teipſum nobis tribuas q̃ꝫ aliquid aliud quod petamus? Et certe nec ego volo de cetero aliud poſſidere: ex quo debita petitione valeo poſſidere deum meum. Ornabo me monilibus et ipſum introducam in thalamum cordis mei: et ibi ſecum de cetero requieſcaꝫ. Bene ſcio ꝙ nichil aliud petit



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et querit ipſe animam meam viſitare et intrare de-
ſiderat et diu eſt ꝙ pulſauit: doleo tamen ꝙ tantū
et tam diu carui tanto bono. Dic ergo ei. Scio ꝙ
pluſq̄ȝ ego me diligis. de me igitur amplius nō cu-
rabo: ſed ſolum tuis delitijs inherebo et tu mei cu-
ram habeto. Non poſſum intendere michi et tibi.
Et ideo permutatim tu intende michi et mee infir-
mitati vt ipſam ſubleues: et ego intendam tue boni-
tati vt in ipſa delecter. Et quāuis ego tecum lucrer
nimis: et tu mecum nichil: ſcio tamen ꝙ libentius
mecum es et me conſeruas et promoues q̄ȝ ego te-
cum vt tua perfruar bonitate. Unde hoc? Certe ni-
ſi ꝙ ego me odi et tu me diligis. Si autem domine
vellem diſcurrere per omnia tue dilectionis ſigna
deficerem quia nec bona nature: nec bona fortune:
nec bona gratie: nec bona glorie: ſi hominum et an-
gelorum linguis loquerer exprimere poſſē. Et ideo
hijs tacitis in tuum filiū pater eterne reſpirabo. O
quanta fuit erga hominē deus meꝰ tua dilectō: qui
cum tantū dilexiſti vt velles hominē eſſe deū: et de-
um hominē appellari. Quid dicā de ſexu fragili?
Ipſum tuū filiū de ipſo naſci voluiſti: et qui erat tu-
us vnigenitus et proprius voluiſti filium virginis
noīari et eſſe. Multum quidem dn̄e ſcđm vtrūq̄
ſexum exaltaſti genus hūanū qui tibi equalē filiū
voluiſti hominē eſſe et filium mulieris. Nō hoc di-
lectionis ſignū voluiſti circa angelos demonſtrare.
Non enī angelos ſed ſemen abrahe apprehendit.
Mirum eſt certe quō pro tuo amore corda fideliū
vel filiorꝝ hominū nō ſcindunt. Quid habuit deus
aliud facere q̄ȝ cū peccauimus in infernū ꝓfundū
nos deijcere et aliā nobiliorē creaturā ſi voluiſſet
in inſtāti creare. Quāta fuit iſta dei dilectio ꝙ poſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſapſum dignatꝰ eſt nos querere tā benigne:et poſt
eius offenſā nos amplius q̄ȝ priꝰ exaltare. Quid
fuit iſtō? Nūqd exaltationē meruit culpa nr̄a. Cer-
te nō:ſed ne a te fugeremꝰ amplius humanā na-
turaȝ tibi inſeparabiliter vnire voluiſti. Mira vide
tur tua dilectio deꝰ meꝰ:qui te odientes diligis et
exaltas. Si ergo nos q̄ nichil ſumꝰ tm̄ diligis quē
es ſūmus:quomō nos miſeri te nō diligimꝰ qui es
om̄e bonū? O cor meditantis:quomō in tam excel-
lenti dilectiōis affectu nō deficis pre amore. Quid
in hoc deus voluit:niſi vt ſuo nos inebriaret amo-
re? Quanta eſt hec creatoris noſtri dignatio:q̄ nos
tantum deſiderat ſibi per dilectionis vinculū colli-
gari. Quomodo poteſt cor hominis aliud cogita-
re. Ut ſic ergo nos exaltares deus noſter voluiſti
paruulus naſci:vt nos beſtiales per peccatum cele
ſtes faceres voluiſti inter beſtias in preſepio collo-
cari. O mira bonitatis diuine diffuſio. O deteſtabi
lis noſtrorum execatio oculorum. O glacies non
cor:cur non liqueſcis ad hunc calorem. Heu michi
neſcio per quam viam deus amplius nos requirat
ex quo per hanc nos non habet. Sed quid dicam
Chriſtus qui eſt receptaculum expulſorum voluit
fugere in egyptum. Nunquid domine Jeſu qui
vbiq̄ eras fugere non indigebas? Non certe quia
omnes inimicos tuos in tua poteſtate tenebas.
Sed hoc facere voluiſti vt pro me patiens tuum
michi manifeſtares amorem et ad te fugerem per
ſecutus. O deus meus bene video quia totus es
meus: et me vis totaliter poſſidere. Sed quid
plura? Taceo vite tue proceſſum qui totus es di-
lectione plenus:et venio ad alapas et conſputa.
Certe hoc dilectionis ſignum cor homīs non ſuffi-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cit cogitare. Si em̄ nichil amplius michi vnq̄z fe=
ciſſes nec etiam facturus eſſes: niſi ꝙ deus eternus
in mea natura ſuſtinere voluiſti hec opprobria: de=
berent totalit̄ tuo igniri amore. Quid em̄ maius
deo: et quid vilius peccatore? Et tñ tu deus ꝑ pec=
catoribus voluiſti a pctōrib⁹ cōſpui et illudi. O de
us me⁹ quid fuit iſtud qm̄ a creatura tua q̄z in mo
mento delere poteras ſic vilia toleraſti et dicētib⁹
te eſſe demōiacū benigne reſpōdebas. O ſūma tue
manifeſtatio caritatis qui talia ꝑ nobis a demoni
acis audiebas. Quid tibi tantum cure erat de no=
bis ꝙ te omni opprobrio ſupponebas? Sed tua ni
mia dilectione hoc ſuſtinere voluiſti placide. O cor
pluſq̄z lapideum: o cor non cor: cur non accenderis
ex amore? Lapis calore ſolutus in es vertitur: et tu
ad tantum calorez immutabilis perſeueras. Utinā
ergo lapideum eſſes non carneum. Et quid vero mi
rabilius q̄z ꝙ caro cordis lapide durior et inſenſi=
bilior inuenit̄? Sed nonne dicit dñs ꝙ auferet a no
bis cor lapideū: et dabit nobis cor carneū? Immo
ex quo lapis citius immutat̄ q̄z cor carneū det lapi
deū: cor carneū auferendo. Ad verecundiā noſtraz
dico O cor nequiſſimū: o cor inaniſſimū: o cor infi=
deliſſimum: cur te ſic odis? Cur te ſic laceras et con
ſumis? Cur te ſic fortiter diligentē non diligis? O
cor crudeliſſimū cur mortē pluſq̄z vitaz diligis: cur
te querentē nō recipis? O lapides et creature inſen
ſibiles: flete veſaniā cordis mei. Certe dñe ieſu etiā
ſi me odires ex quo deus meus es et refugiuz meū
ſolus protector et gubernator meus te diligere de=
berem quātomagis cū me tantum diligas et me ſe
quaris tuis bñficijs fugientē. Nā tñ me diligis vt
te pro me odire videaris. Nōne tu iudex omniū vo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuiſti pro me iudicari:et mortē turpiſſimā et grauiſ
ſimā ſuſtinere. O deus meus quid michi amplius
facere debuiſti? Certe ſi hoc michi feciſſet minimus
ruſticus ipm̄ deberē diligere in eternū:et ego nō te
diligam deum meū. Nō dico ꝙ ſanguinis effuſio q̄
tota fuit plena caritate ſed plane ſolus tuus aſpe-
ctus me inebriare deberet:quātomagis ergo paſſio
tua grauiſſima et ignominia plena. Certe me totū
voluiſti qui michi te totum tribuiſti. Et quis reque
rebat hoc de manu tua dn̄e mi? Cur tibi cure fuit
de tam viliſſima creatura? Certe nichil aliđ niſi tua
maxima bonitas et immenſa dilectio hoc exegit.
Nam ſi nō redimere volebas aliter facere potuiſti
ſed ſic facere dignatus es vt nos tuo amplius inflā
mares amore. O amor et deſiderium cordis: o dul
cedo et ſuauitas mentis:o ardor inflammatio pec
catoris:o lux et claritas oculorum: o aurū pulchra
ſimphonia:o hoſtia deo patri odorifera: o melli-
flua guſtatio flux⁹ ſāguinis:o amātiſſima palpatio
lateris. o aīa mea. o vita mea. o viſcera cordis mei
o medula oſſiuꝫ:vegetatio carnium:ſenſificatio or-
ganoꝝ intellect⁹ inſpiratio et exultatio mea. Cur
ego nō ſū cōuerſ⁹ tot⁹ in tuū amorē? Quare aliqđ
eſt in me niſi amor? Quō poſſū aliquid aliud cogi-
tare vel meditari? Et qđ amore tuo dulcius? Quid
ampli⁹ cupio? Cur ꝙ̄ nō ſū illo illaqueat⁹ ⁊ captus
Undiqꝫ circūdat me amor tu⁹ et neſcio qđ ſit amor
Sed heu mihi cur ſic inſenſibilis maneo ſine cau-
ſa? Cur vanitas pluſqꝫ tu qui es veritas me allexit
et allicit? Cur iniquitas pluſqꝫ ſaluatoris mei beni
gnitas me attraxit? Cur ſtercoꝝ odium pluſqꝫ mei
creatoris et redēptoris amorē nimiū adamaui. O
quātū dilexiſti hoīeꝫ de⁹ meus. Nō ſolū in cruce ꝑ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſo pati voluiſti:ſed etiã apud inferos ipm̃ viſita-
ſti et tecũ ad ſupos reduxiſti. Nõne potuiſti dñe Je
ſu pro ipſo mittere aliquẽ angelorũ: niſi ipm̃ extra
heres per te ipſum. Cur vis hominẽ vbiqꝫ ſociare?
Cur in omni loco vis cuꝫ homine habitare? Quid
habet niſi vilia et mala ipſe homo? Cur ipm̃ diligis
ſic immenſe. Poſtqꝫ etiã ſurrexiſti voluiſti adhuc
quadraginta diebus homini apparere:ſed et cum
glorificatꝰ eſſes veſci voluiſti:pacẽ donaſti:et te ei
palpabilẽ tribuiſti. Sed dñe Jeſu nõne ſufficiebat
homini ꝙ ꝓ ipſo fueras crucifixꝰ niſi ipm̃ de infer
ni ꝓfundo et infimo lacu extraheres? Videt ꝙ tm̃
hominẽ dilexeris vt ab ipo nolueris abſtinere. An
ignorabas ꝙ de tam excellẽti paſſionis beneficio
fueramus ingrati. Etiã quos ſpeciales habueras
increduli extiterũt. ¶ Quomõ ergo nos potuiſti
amplꝰ intueri ¶ O qꝫ mirabilꝭ eſt tua dilectio dul
ciſſime dñe ieſu cũ non poſſis ab hominibꝰ ſepara
ri. Nõne qui aſcenſurꝰ eras ad dexterã pr̃is tui: po
teſtatẽ homini dimiſiſti vt te cũ velit habeat in alta
ri:hãc poteſtatẽ ei anteqꝫ mori inciperes dimiſiſti
ne amittere te timeret. Sed cur hoc facere voluiſti
cũ miſſurus eſſes ſpiritũſanctũ. Cur ſemꝑ cũ homi
ne vis morari. Sed tuo corpori incorporare nos to
taliter voluiſti et tuo nos potare ſanguine: vt ſic tu
o inebriati amore tecum vnum cor et vnã animaꝫ
haberemus. Quid enim aliud eſt tuũ ſanguinem
bibere qui ſedes eſt anime quã noſtrã animã tuę a
nime inſeparabiliter colligari. Hoc eſt certe qđ vis
hoc certe eſt quod deſideras deus meus: hoc eſt re-
demptor et domine mi quod tanto tempore procu-
raſti. Pro hoc etiã ab infantia tua laboraſti. Hoc
nobis cõcedas qui ineternũ viuis ꝛ regnas. Amẽ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## ¶Qualiter hō debet libenter deo dare cor ſuum.

### ¶Capitulum tertium.

O Domine mi Jeſu. tu te michi dediſti et a me cor meū petis: ſed quantū eſt hoc dñe mi qui ita excellēs es. Si eñi haberē cor vnū qđ ſolū maius eſſet q̄ꝫ ſi ſimul eſſēt omnia corda filiorꝝ hoīm et oēs angelorū effectus et vt moralit̄ loquar mai⁹ eſſet: et ꝙ plura ſpūalia et corporalia ſimul actu cōtineret vel cōtinere poſ-ſet q̄ꝫ celū empireū: ipſū totū et totaliter tibi tribuere deberem ⁊ adhuc tanto dño munuſculū paruū immo q̄ſi nichil eſſet quātomagis ergo illā paruā ſcintillā cordis q̄ꝫ habeo tibi dabo ⁊ totaliter in te ponā. Hoc eñi permaximū eſt michi ꝙ cor meum habere digneris. Nonne ergo ſtultus eſſem ſi illud applicarē de cetero alicui creature cuꝫ deus meus illud velit habere. Et iam in meipſo nolo ꝙ remaneat ammodo ſed volo vt totaliter requieſcat in te qui creaſti illud ad laudandū te. Melius eſt ꝙ cor meum maneat in eterna iocunditate in diuina maieſtate et immenſa bonitate q̄ꝫ in mea fragilitate: in tua ſcilicet deitate q̄ꝫ in mea iniquitate. Si hoc haberes et contemplatatiue cupis. multum corde deſideres et multum ore poſtules et deſiderum animе tue tribuet tibi deus et voluntate tua nō fraudaberis: ſed mentem tuam eleuans in benefactoribus dulcedinis te preueniat tanq̄ꝫ corona lapidis precioſi ſemetipſo mentem tuam circundabit. Regula. Nullus eñi poteſt perfecte inuenire deuꝫ qui ſe perfecte non odit.

## ¶Qualiter hō ordinet cogitationes ſuas ad deuꝫ ita ꝙ deum ſemper habeat in corde.

### ¶Capitulum quartum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

O Homo vis cognoſcere quō ad deū tuum
dirigas cogitatū. Semꝑ cogitare debes
te eſſe in p̄ſentia dei tui et ipſū ſemꝑ ha=
beas in tuo cogitatu. Suꝑ xp̄m aūt ꝓ te
grauiſſime vulneratū q̄ſi ſemꝑ dirigas cogitatū et
ꝙ ipſe ſit deꝰ tuꝰ qui ꝓ te talia paſſus ē cogitabis.
Sepe etiā matrē xp̄i reuerent̄ que eſt m̄ltorū ſola=
tium feſtinabis ꝛ quotiēſcunq̧ ad ipſā tuū diriges
cogitatum ipſā cogita matreꝫ dei: vt ſic quocūq̧ di
rigas cogitatū deuꝫ tuū ſemꝑ habeas in corde et ſē
per corā ipo exn̄s ſuāq̧ admirās magnitudinē ꝛ tu
am miſiaꝫ recognoſcēs q̄ꝫtū poteris reſilies ī teipm
admirās nō modicū ꝙ dignat̄ rē tā fetidā corā ſu=
is oclis p̄ntar̄ ꝛ te ad momētū patit̄ in ſua p̄ſētia
cōmorari. Hec ſic faciēs: de hoc dono et de oībus a
lijs referas deo gr̄as. Et ꝙ etiā ei regratiari poſſis
recogita magnū donū. Et hoc donū ſcꝫ ꝙ in preſen
tia ſua valeas cōmorari ſemꝑ ꝛ alia que tibi conceſ
ſerit dn̄s debes cū omni vigilantia cuſtodire: ſem=
per cū magna auiditate inhians ad maiora. Et ſi
propter tuam miſeriam aut aliquā occupationē ex
teriorem cogitatū tuū a ſua p̄ſentia abſentari per=
penderis vel reſpicis impeditū cū magna anxieta=
te reuerti ſtudeas vbi eras ſcꝫ ad preſentiam dei.
Et hoc faciens qualem ꝓceſſum habere debeas vn
ctio te docebit. Hoc tamen pro certo in te habeas:
ꝙ quicquid ſit de alijs: ſemꝑ debes te ad nichilum
redigere quantū potes: et omniuꝫ peccatorū te inſi
mum reputare: et tam pro te q̄ꝫ pro alijs a deo tuo
tibi preſente cū omni humilitate veniā poſtulare:
et tuā conſiderationē ſuꝑ hoc diligere poteris per
hunc modum. Nunq̄ꝫ conſiderare vel cogitare de=
bes ꝙ alij peccatores taliter a deo ſint elongati:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quin ipſi ſepe et ſi non ſemꝑ ad dñm ſe couertant in corde: et quin dñm ſuum tunc intimi⁹ recogitēt q̄z tu, et clarius recognoſcant. et quin reuerentia maiori corā ipo aſſiſtant et maiorē ſuorū habeant confuſionē peccatoruz. et humilius ſe ei preſētent quin etiā maiori ꝛ ardētiori moueant affectu in ꝑ ſentia tanti boni. Et ſi hoc pleno corde non pote ris cogitare: hoc ipſo deberes te ſupbiſſimū repu tare. Nec de congruo deberes huic tue ſuperbie preponderare conſcientias alioꝝ: cū a ſapientib⁹ ſentiatur q̄ ſicut cōtingit de bono ita et de malo. q̄z aliquez defectum eſt in quolibet reperire quem in alijs tam excellenter non poſſumus inuenire. debes tunc firmiſſime credere q̄ ſuperbia ſit illud vitiū in quo ſingulariter tu credis ex quo non po tes tuā reſpicere prauitatem. Et certe ſi hoc eſt ve rum ſatis potes te infimū oīm reputare. Sed for ſan tua ſuperbia cogitatio dicet tibi quō hoc de in fidelibus cogitare poſſum ſcz q̄ ſim eis infimus qui nec deum etiā cognoſcūt. Sed audi ceca ſuper bia. An ignoras q̄ ſi deū recognoſcis ipſūq̄ te re demiſſe credis ſuo ſanguine ꝑcioſo. et cōtra eū ele uaris ī ſupbiā q̄z graui⁹ peccas q̄z ſi hec oīa igno raſſes: Nōne vbi cuz pctō maior eſt cognitio ma ior eſt cōtēpt⁹: Et nōne vbi maior eſt cōtēpt⁹. ma ius eſt peccatū Nullū ergo excipias o inſania ſed pleno corde te humilians tuā miſeriā recognoſce Et ſi tibi tūc ſubrepat cogitatio: ergo tu a deo re probatus hanc q̄zciti⁹ excludere debes: nec ꝑmit tere aliquo modo tecū cōmorari. ¶ Timere tamē debes nō modicū et altiſſimi dei ſupextollere pie tatem et cōfidere in xpi vulnerib⁹ et in clementia matris eius. Immēſa eſt eñ mia dei noſtri Et ſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſſent in te ſolo oīa pctā q̄ vnq̄z facta ſunt vl' etiā
poſſent de cetero ꝑpetrari. in infinitū ſuperexcellit
eius mīa. et tibi hec oīa ſi ad ſe recurreres propter
ſuaz pietatē largiſſimā cōdonaret. Si etiā tūc tibi
ſubrepat cogitatio vtrum ſis in caritate an nō. ti-
mere proculdubio debes ſz caue ne determinate in
partem aliquā inclineris fideliter tñ age et de diui
na mīa ſemꝑ ſpera. Si em̄ hoc egeris et tui cōſide
ratione reputaueris teipſuz pctōrem nocte vndiqꝫ
obrutū ac de tanta tenebroſitate intenſe dolens ad
fontem pietatis hūiliter cōuerteris mentē tuā: orie
tur in tenebris illis lux tua. ⁊ eleuaberis dei noſtri
dulciſſima pietate ad celeſtia cōtēplanda: et ibi de
licijs [illegible] abūdabis et dices cuz ꝓpheta. Et nox illu-
minatio mea in delicijs meis. Qđ nobis preſtare
dignet. ⁊c. ¶ Qualiter homo opere mūdo vel ad
operandum plus in deo ferueat.

¶ Capitulum. v.

SI attenderes o homo qualiter deus ad
ymaginē ſuā te creare et formare voluit
et ꝓ te tot et tā nobiles creaturas cōdi-
dit. et tuā aſſumēs naturā tā care te re-
demit. et nō ſolū vt ipm̄ habeas in cibū in pñti ſed
etiā ſeipm̄ in futurū tibi in p̄miū repromiſit: nunc
naturā cōſeruat: grām qꝫ infundit: et hec oīa ad ſu-
um facit honorē Si etiam in ipm̄ tēderes vt debe
res. et ei⁹ honorē appeteres: vt quaſi tui oblitus ꝓ
nichilo te ſupponeres: q̄cquid honoris cōſolatiōis
aut tribulatiōis ſiue iniurie tibi ꝯtingeret: ac ſi ni-
chil accideret reputares totū in laudē et gloriā re-
ferens creatoris. Et q̄ztuncunqꝫ et quandocūqꝫ ali

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qđ faceres ad dei honorem atqꝫ ſalutem vtrū dif
ficile eſſet non iudicare deberes: ſed cū impetu mē
tis immo amore feruenti deberes ſtudere effectui
mancipare. Si eñi bene creatoris tui eſſes ſucceñ
ſus amore o homo nichil pro iƥo iniurioſuz nichil
difficile reputares. oīa tibi leuia amabilia: oīa
dulcia et ſuauia apparent: et tam libenter hec om
nia adimpleres: et cum oīa perfeciſſes: te tamen
quaſi nichil pro iƥo feciſſe crederes: immo potius
defeciſſe: teqꝫ ex hoc tantum exoſum haberes: vt te
ipſum vix poſſes aliquatenus tolerare: et cogitares
ſollicite quomodo poſſes maiora facere aut ſaltez
perfectius eadem adimplere proponereſqꝫ in cor
de tuo de factis et defectibus tuis grauiter flagel
lari. Nam erubeſceres non modicum et doleres tā
altiſſimo domino tuo ſic miſerrime miniſtrate.
Quid plura dicam? Quantoplus proficeres tan
to plus te deficere cogitares: et amplius erubeſce
res et doleres: et maiori ſucceñſus ardore ſemꝑ ma
iora reincipere conareris. Nunq̄z enim de his que
ad honorem dei cerneres tuus poſſet refici appeti
tus. Semper enim famelicus appareres. O mira
bilis calor amoris qui ſic cito digeri facis. ac tan
dem conuertis in premium ſine fine. Non dubito
q̄n tunc nimio feruore ebuliret cor tuuz ſummum
qꝫ haberes exoſum: et q̄cquid ad momentū te ſub
traheret a ſeruitio dei tui. Semꝑ tamen videreris
tibi ad ſeruienduz deo tuo piger. aliiqꝫ ſerui dei re
ſpectu tui viderent͂ tibi prōptiſſimi et feruētiſſimi
apparerēt: et eoꝝ pronitas ſed ꝓmptitas tibi eſſet
in magnuz gaudium: ſed tua pigritia in merorem
verteretur. Accede ergo ad cor altum. et in tuis
actibus exaltabitur deus tuus. Si enim habueris

appare

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

coꝛ infirmum et terrenũ. minima ſeruitia maxima reputabis. et que quaſi nichil erũt tibi difficilia apparebunt: et illa q̃ pꝛo te aut ꝑ vno amico tuo viliſſimo libenter faceres: ꝑ deo tuo altiſſimo facere grauaberis vltra modũ dulcia et amabilia reputabis amara: et amariſſima dulcia iudicabis. Ocul⁹ infirmus irradiatiões veri ſolis iuſtitie abhoꝛrebit et ambulare in ten ebꝛis affectabit. De ſpũalib⁹ viris triũphabis. et te triũphari a demonib⁹ ignoꝛabis. Sed heu et ve tibi q2 iam beſtijs nõ potes cõparari. Vtinã iumẽtis ſi¦is fact⁹ eẽs q̃ ſubeũt onera dñoꝛum. Nõ poteris de culpa alios arguere et te tuis intimis neqtijs adimplere. Si g̃ ſic ad ſuiẽdum deo tuo habes man⁹ ligatas et pedes: nõ reſtat tibi niſi vt in exterioꝛes tenebꝛas pꝛoijciaris. A quo nos ip̃e cuſtodiat cuius mĩa tot⁹ eſt plenus oꝛbis. Amen ¶ Qualiter homo ſe perfecte odiat vt deum perfecte diligat.

¶ Capitulum ſextum.

Quoniam ad dilectionem dei habendaꝫ impedit dilectio ſui. et q̃zto vna intenditur altera remittitur. Ideo vt ꝑfecte poſſimus deum diligere debemus nos perfecte odire. Tunc autem perfecte te odis cũ appetis ab hominibus pleno coꝛde conculcari. viliſſimum reputari. flagellari deijci. et quaſi ad nichilum redigi. et hec oĩa reputas eẽ pauca. In tuis iniurijs delectari ⁊ in tuis tribulatiõibus ꝯſolari. Et non ſolũ vis tibi hec ab oĩbus inferri ſꝫ etiã cupis eos credere te iſtis iniurijs ⁊ tribulatiõib⁹ eẽ dignũ Hoc dico ideo q2 multi appetunt ſuſtinere aduerſa vt in eoꝝ tolerãtia ab hoĩb⁹ ꝯmẽdent. Tales aũt non ſe odiũt ſꝫ diligũt. et mercedẽ ſuaꝫ ꝑthdoloꝛ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſām recipiūt in hoc mundo. Tunc etiā ꝑfecte te o=
dis qñ nō ſolū vis ab hoībus ꝯculcari ſꝫ etiā teipſ
tm̄ abhorres vt vix teipm̄ valeas tolerare. et es ti=
bi abhoīabilis nimis et velles etiā a creaturis irra=
tionabilibus et inſenſibilibꝰ impugnari. Et cū ali
quid ꝓpter tuā neceſſitatē licet non cōtra deū dele
ctabile tñ aut afflictiuū recipis: contra temetipſuꝫ
turbaris: ſolū deū q̄ris et omnia renuis extra ipſuꝫ
Ad hoc donū ꝑmaximum ꝑuenire valebis ſi confi
denter et ex corde ſepe petieris hoc a deo. Ex par=
te tamē tua poſſunt eſſe aliqua inductiua ꝛ diſpoſi
tiua ad donum iſtud. Primo conſiderare debes ꝙ
natus es in peccato et ex quo ab illo lauacro rege
neratus es et purgatus et lotus poſtq̄ꝫ vſum liberi
arbitrij habuiſti vſqꝫ ad hanc horā q̄ſi continue im
memor ablutiōis patrie q̄ diriuauit a latere xp̄i ie
ſu et diuinā non timēs nec reuerens maieſtatem in
cuius p̄ſentia exiſtebas temetipm̄ offenderis pluſ=
q̄ꝫ aliquis crudeliſſimꝰ inimicꝰ. Quō ſi hec cogita
ueris te non odibis? Et q̄d odimus niſi mala cōtra
ria ꝛ nociua? Et quid peius q̄ꝫ ſe opponere ſummo
bono? Quid ꝯtrarius q̄ꝫ ſanguinis xp̄i euomere me
dicinam? Quid eſt nociuius q̄ꝫ ſue aīe occiſio? Et
tu tibi talis fuiſti etiaꝫ pluſq̄ꝫ valeas cogitare. De
bes etiam cogitare ꝙ q̄ꝫto ab extrinſecis amplius
moleſtaris tanto magis tibi precluditur via ne va
garis per deuia. et affectum amplifices creature: ſꝫ
vt in ſolo deo altiſſimo requieſcas Quis ergo nō
odibit illius apertionem clauſure vnde poteſt exi=
re a deo? Certe tunc aperitur cum propria tribula
tio non amatᷣ ſꝫ ab aīo effugatᷣ potius volēdo req̄eſ
cere in ſtercore q̄ꝫ in deo. Cogitat ergo ꝙ ſoli deo
debetᷣ reuerētia et honor. et ipſe in ſe et in ſuis cre=

g.i.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aturis ſolus eſt diligendus. Et ideo ſi vere deuz di
ligis debes te honorari et diligi ab oībus abhorre
re. Quō non abhorrebo michi attribui qđ eſt dei?
Immo oppoſitum potius affectabo: ne ſi mediuz
tenere vellem incurrerem extremum? O q̄z vtiles
ſunt iſte afflictiones extrinſece Certe per ipſas ad
cognitionē miſerie noſtre deuenimus ⁊ per hāc co
gnitionem nr̄i peruenimus ad cognitionē dei. Nā
q̄zto quis magis eſt ſue vilitatis cognitor: tanto
magis eſt diuine maieſtatis inſpector. Quid ergo
vtilius q̄z per hoc humiliari ⁊ ad celeſtia exaltari?
Quis ergo renuet ſe odire et ab oībus conculcari
Certe neſcio niſi ſtultus. Si ergo times o homo q̄
ab hominibus inferuntur. q̄ztomagis timere debe
res q̄ a deo īfligunt? Sz ſi illa times certe iſta dili
ges et amabis. Naz iſte afflictiōes ſūt vie ad patri
am et materia magni boni. Conſolatiōes xo ſunt
vie ad penas et materia magni caſus. Iſte ſcz con
ſolationes aīam interficiūt et deturpant Hec autē
aīam lauāt a maculis et purgant a ſcoria pctōruz
vt ſic dealbata et mūdata videat deū ſuū. ¶ O de
us quis non appetit hoc habere niſi q̄ nō appetit
te videre aut q̄ non appetit euolare. Et quō proba
bit aliq̄s eſſe ver⁹ tuus amic⁹. niſi q̄ pro te aduerſa
voluerit ſuſtinere? Numq̄d vera amicitia ꝓbat in
conſolatiōib⁹ et honorib⁹ huius mūdi? Certe ſi ſic
pauci inuenirent mali qz pauci ſunt ⁊ vix aliq̄ q̄ n̄
appetāt ꝯſolari. Sed certe illi filij tui concernunt
quos corrigere non deſinis Nam ſemp cum talib⁹
cōmoraris. Non q̄ hoc renuat ſz diligat niſi q̄ mō
vult tanq̄z ſpecialis amic⁹ īmo tanq̄z cariſſimus fi
lius cum dn̄o habitare. Et hec nos ſemper ſtimu
lant et faciunt cu[illegible] ad maiora. faciūtq̄ ꝯſcēde

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re ad mõtana et ad celeſtia contẽplanda. Hec ſunt
certe q̃ ceteris patiẽtib⁹ mẽbris compati inſtruũt
Quõ eñ ꝑimo iniurias paſſiões et dãna patiẽti
cõpatiar q̃ ea nunq̃z ꝓbaui? Propterea dicit apo=
ſtolus ad hebreos. Non eñ habemus pontificẽ q̃
non poſſit cõpati infirmitatibus nr̃is Et hoc ẽ qr
in ſuo corpore fuit eas expert⁹ ſicut ibidẽ innuit.
Et nunc aliis non ꝯpatimur quõ cuz illo cõregna
bimus. aut ſi mẽbra mortua et inſenſibilia ſumus
quid reſtat niſi vt de corpore excidamur. Aut di=
cito michi quõ tuo capiti xp̃o pro te mortuo ſcies
compati: qui non pateris: aut ſi non ꝯpateris: quõ
poteris ſibi conformari. Sed certe ſi nichil aliud
te moneret hoc ſolũ deberet te facere auidum paſ
ſionũ. Quid peius aut magis mortiferũ aut peſti
ferum q̃z paſſionibus xp̃i non compati aut tãti bñ
ficii ingrat⁹ exiſtere? Aut quid fructuoſius aut ſua
uius q̃z illius paſſionis ex corde compaſſionez ple
nam gerere? Quod bene nullus poteſt facere niſi qui
iniurias paſſus vel expertus eſt. Aut dic michi qd
nobilius eſt q̃z aſſimilari filio dei? Quõ ſi nunc ei
diſſimiles fuerimus per conſolationes et honores
erimus ſibi ꝯfratres in regno dei. Minime? Quid
enim abhominabilius q̃z videre pro me viliſſimo
ſtercore dei filium in aſſumpta humanitate iniu=
rias et opprobria ſuſtinere. mortem turpiſſimam
et grauiſſimam tollerare. et ego velim ab homi=
nibus honorari et deliciis affluere. O homo ſter
cus et pluſq̃z ſtercus pro iniuria quam ſibi feceras
ipſe ſemetipm̃ ad talia iudicauit ipẽ ſcz actor et iu
dex ſuper ſe reflexit iudicium amariſſimũ: et tu ad
huc coram eo qui ſibi iniuriaris vis pertranſire im
munis. Saltem coram oculis ſic pro te afflicti pre



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tendo merorem et corde te offer ad conſimilia pa=
tienda et certe non dubites ꝙ ex quo eſt ſufficien=
ter punitus ſi hoc iterum ſuſtinere volueris et to=
to apetieris corde non ſuſtinebis hoc: qꝛ non vult
vt pro eadem iniuria bis paſſio inferatur. Sed qđ
credis iniurias eſſe in honorem conuertet: et quod
credis tribulationē eſſe in conſolationibus mutari
videbis: ⁊ vbi credis eſſe dānū reperies fructū mul
tum. Et quāto iniuria maior tanto honorabilior e
ris et quāto tribulatio et afflictio intenſior tanto
pm magis cōſolaberis et ſi omnia ꝓpter ſp̄m amiſeris
certe ipſū qui eſt oīa poſſidebis. Si autē honorem
appetieris depmeris: ſi ꝯſolationes tribulaberis: ſi
tēporalia pauper eris. Qui enī aliud preter deum
appetierit ſe affliget immo etiā ſi ſe īdebite dilexit
ſe occidet. Si autē ſe odiens deū dilexerit ipſū ple=
narie poſſidebit. Unde qui deū diligit ipſū tunc ha
bet deum: ita ꝙ ſi ſolum deū dilexit ipſum plenarie
poſſidebit. Unde quāto perfectius deum diligit tā
to perfectius ipſum habet. O ſtultiſſimi homines
quomodo hic oculos veſtros nō ponitis ſi vultis
vos et omnia abhorrere. Certe cum videritis vos
poſſidere creatorē oīm et mens vr̄a in ipſo quieta
fuerit: omīa mundanā vanitatē reputabit et cor=
pora vr̄a dū ad huc ſunt mortalia tanq̄ʒ ſtercora e
runt vobis abhominabilia et ſicut q̄ auferret ſterc⁹
vel aliquid abhoīabile ab oculis veſtris: ſic q̄ vos
vſq̄ ad mortē affligeret. Et ſicut qui deteſtaretur
qđ abhominaremini gauderetis: ſic q̄ vos deteſtan
do iniurias et opprobria vobis dixerint et fecerint
dVsi exultabitis: Nā nichil poterit vobis euenire adūſi
qꝛ conſolationes et honores nō poterunt vos deci
pere eo ꝙ de ipis non curatis ſed eoꝝ contrarium

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

apetitis. Aduerſitates etiam nō poterūt vos deci=
pere q2 ipſas affectatis: immo q̃to maior erit tribu
latio tanto maior erit conſolatio: q2 magis in hoc
caſu adimplebitur deſideriū veſtrū. Non certe ſic
deberet eſſe. Quis eñ non deberet gaudere ſi ſepa
raretur a vanitate et cōiungeretur veritati? Nonne
hec omnia ſunt vanitas. Et quid eſt ꝟitas? Nichil
niſi deus. Et ideo omnia ꝑter deū: aut que in ipſuz
tendūt abhorrenda ſūt. Si eñ ſic eſſes o homo ꝙ
in ſolo deo velles affici et ſuū ſitires honorem: et te
vt dictū eſt non diligeres: ſed odires: et ab aliȷs ap
peteres cōculcari viam dyabolo obſtrueres vel ob=
ſtruxiſſes: vt ad te penit⁹ intrare nō poſſet. In hoc
eñ concordant doctores: ꝙ oīs malitie cauſa eſt ti=
mor vel amor: immo etiā cā ip̄ius timoris eſt amor
ſui. Quō ergo ex timore peccare poteris: qui te de=
ſiderabis affligi et ꝯtēni et ab hoībus ꝯculcari. Et
quomō amore tui peccare poteris q̄ te ꝑfecte odis:
et creatorem tuum diligis? Nec certe ſi habueris a
feditate ſeparaberis ⁊ ad ꝑfectā innocētiam et ſan
ctitatis conſummationē ꝑtinges et qui aliquando
fuiſti ſeru⁹ dyaboli eris permaximus in regno dei.
Quid ergo aſſequi iſta tardas? Quare negimus
hanc mentis perfectionē habere? Nunquid hoc do
num excellentiſſimū negabit nobis deus ſi ab ipſo
illud poſtulare voluerimus. Certe nō. de hoc te cer
tifico ſicut poſſum: immo libētiſſime hoc tibi dabit
Nō dico ꝙ tibi dabit pati: q2 nō oībus cōcedit hoc
ſed tribuet tibi velle pati. Et forte ſi dignus fueris
etiā iſtud dabit tibi. Et ſi dicis non poſſū tm̄ labo=
rare vt ad tantā ſanctitatē venirem vt ſolū deū di=
ligerē et me ſuꝑ omnia abhorrerē et ab aliȷs vilipē
di appeterē. Et ego dico tibi ꝙ ad hoc non requiri=



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur iſte labor extrinſecus aut corporis valitudo: ſed potius ſollicitudo cordis: et corporis quies: labor cordis: et quies mentis. Nõ requiritur dico multis labor extrinſecus: qꝛ per illum deſtrueretur vel diſtraheretur hõ interior. Labor tñ pietatis et hũilitatis ad hoc et ad omnia vtilis eſt: dũ tamen quietem mẽtis homo cuſtodiat. Nec requirit valitudo corporis: qꝛ repugnat valitudini ſpũs. Requiritur aũt labor cordis in ſurgendo et totaliter ſe euellendo ab iſtis infimis: et ad celeſtia aſcendẽdo. Et dũ aſcenderis: requirit quies mẽtis. Multũ eñ abhorret deus cũ quis eũ deguſtat et ibi nõ deſcit: ſed potius tanq̃ deus nõ eſſet ei ſufficiẽs redit ad amplexanda ſtercora: et ſic inquinat⁹ iterũ vult dñm amplexari: ſed hoc vni ruſtico facere nõ auderes: ergo ip̄m deũ plus omni ruſtico vilipendim⁹. Et nichilomin⁹ volumus q̄ in oĩbus ſatiſfaciat volũtati noſtre: ſed nõ eſt ita. Sed ſi impetrare volueris ſine repulſa hoc tam p̄cellẽs donũ q̄ alia ad ip̄z reuerent cõſcendas. ibiq; quieſcas et ſollicite roga eũ vt amplius nõ te p̄mittat redire ad vomitum. Et ſi ſic feceris nõ dubito q̄ ab illo ſplẽdore eterno illuiatus tuas miſerias recognoſces: et ſup oĩa te odibis diuinã expieris bõitatẽ et oĩa tanq̃ ſtercora reputabis et cõiũgeris amoris vinclo ſoli deo. Quod ipſe nobis cõcedat qui eſt bñdict⁹ in ſcl'a ſcl'orũ. amẽ.

¶ Qualiter hõ dꝫ in oĩ actiõe frui contẽplatiõe. ¶ Capl'm. vij.

SI homo bene inebriatus amore ſui creatoris eſſet: nichil in omnib⁹ requireret niſi quõ ſuo creatori poſſet diligentius et perfectius deſeruire et propriam penitus quantũ poſſet voluntatẽ abſcindens ſolum que magis crederet deo placere cuꝫ impetu animi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aſſequi conaretur:et ſic in omnibus et per omnia non que ſua ſunt quereret:ſed que ieſu xp̄i obliuiſceretur quodāmodo ſui ſolius memor dei. Hic talis et tantus p̄ feruore et amoris magnitudine vel immēſitate nō multū vt credo diſtingueret inē gradū et gradū:vitā etvitam:ſtatuʒ et ſtatū:pſonā ꝛ pſonam:tpūs et tēpus:locū et locū.ſed quocūq; mō et quacūq; hora diſcernere poſſet quid ampli⁹ ſuo creatori placeret ſtatim pficere conarē toto animi affectu tendens in deum Quanto eñ creature ad deum min⁹ reducunē tanto ſibi vel ſeſe mutuo amplius vniunē. Omnino ergo cōmunicans id eſt ad vnū cōmune oia reducēs qd facit quis cum nichil requirit in omnib⁹ niſi honorificētiā dei ad quam facta ſūt oia et ad hoc vniuerſa ordinata et in vno creatore cōiungens:qd verū eſt cū vniuerſa in deo collocat et ſolū deū in oibus intuē oia cōmunicās et in vno creatore cōiungens:et nichil ī oibus niſi deū videret:ſemp ſuſpirās: ſemp anhelās et ad ſeruiendū deo ſuo in oibus totus accenſus:totus ignitus nō conſideraret quid ſibi ſuaui⁹: quid dulcius eſſet: ſed in omnibus quid deo ſuo amabilius? O felix talis qui cum actiua contemplatiuaʒ haberet quia ſic domino miniſtraret vt martha vt tamen a pedibus domini nō diſcederet cū maria:ſic ſe angelicis ſpiritibus niteretur conformare qui nobis miniſtrando a diuina contemplatione non vacant Quid enim eſt hoc:ſcilicet domino miniſtrare aliud niſi cum miniſtrat ſano:cum viſitat infirmum: vel ſeruit infirmo:ſemper in eis dominuʒ intueri ꝛ frui deo in proximo. ¶ Aſſiſtendo ſeruit,manum/porrigit proximum:et cor ad deum. ¶ Proximo ſeruit non vt homini:ſed vt in homine deo. ¶ Totuʒ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſemper refert ad ieſum qui dicit. Quod vni ex mi-
nimis meis feciſtis: michi feciſtis. ¶ Et ideo cum
in lecto videt proximum infirmum ſibi videtur q̃ſ
videat chriſtum ſuũ: ac per hoc nichil ſibi difficile
nichil ſibi abhominabile: nichil ignominioſum eſti-
mat facere ꝓ infirmis ac ꝓ alijs deſolatis: ſed om-
nia dulcia: oĩa ſuauia: oĩa amabilia iudicabit. cum
ſic in ꝓximo miniſtrat xp̃o. Credo ſine ꝑiuditio q̃
qui ſic vt dictũ eſt feruenter et diligenter xp̃o in ꝓ-
ximo miniſtraret pure ꝓpter xp̃m: tendens in xp̃m
q̃ plus mereretur et virtuoſius mereretur et a deo
ampli⁹ approbaretur q̃z ſi ꝓprio corpi xp̃i miniſtra-
ret. Et hoc ſic patere poteſt. Unus enĩ peſſimus hõ
ſi videret xp̃m eſſe in vno lecto et bene cognoſceret
eũ et nõ eſt dubiũ q̃ ſibi feruẽter ⁊ diligenter mini-
ſtraret ſed ſibi id eſt xp̃o in ꝓximo cũ tãto feruore
et diligentia miniſtrare nõ poſſet niſi perfectus vt
credo: immo vt ita loquar et pluſq̃z ꝑfect⁹. Et ideo
cũ toto animi conamine hãc gratiã habẽ conemur
¶ Quis de cetero abhorrebit leproſum declinabit
infirmum negliget: deſolatũ cum in eis intuemur
chriſtum et plus ibi poſſumus mereri et deo place-
re vt probatum eſt q̃z ſi etiam miniſtraremus ipſi
chriſto. Indicabo tibi ſponſa quem diligit aĩa tua
¶ Certe in infirmaria iacet: ibi anguſtiatur: ibi do-
lore grauatur vel torquetur. Curre: et ſibi miniſtra
ſibiq̃ compatere infirmãti. Cur inſtas ſponſa quo-
tidie vt ſponſi oculo ocularis. Accede ad leproſuz
et oſculare euz: quia ibi iacet. ¶ Cur ſponſa miſera
pre ſponſi amore languere te dicis et ipſum quoti-
die nudum: diſcalciatum: et afflictũ: ante te vides
tranſire et negligis et etiam non compateris ei.
Et ſi nõ poſſumus fratres omnibus preſtare obſe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quia: quia multi ſunt indigentes ſaltē omnibus cō
paſſionē donemus et in omnib⁹ cōſideremus xp̄m
Credo firmiter ꝙ ſi chriſtuꝫ neglexerimus in ſceno
vel in terra: ꝙ ipſum non habebimus in celo. Au=
di quid ipſe dicit. Infirmus eram: et non viſitaſti
me. ꝛc. Ite maledicti ꝛc. Et bene noſtis ꝙ non ſunt
hec verba mea: ſed ineffabilis veritatis: Timeam⁹
ergo fratres hanc ſententiam qui totiens neglexi=
mus eum. ¶ Non interrogemus eum de cetero nec
dicamus ei: vbi: iaces: vbi cubas in meridie: qꝛ iam
nouimus locum. Scimus enim eum in infirmaria
iacere. Non autem reſtat niſi preſtare obſequium.
¶ Audite obſecro conſilium meum et non aſpici=
atis ad factum meum. Qui enim vult vt dixi cuꝫ
actiua. contemplatiuam vitam habere vt ſuum do
minum in omnibus cōtempletur: videtur michi ꝙ
hec via ſit breuis et bona: videlicet vt ſe totum re=
colligens intret ad cor ſuuꝫ et intima cordis ingre
diens ſe reſoluat in deum vt nichil nec videat nec
ſentiat niſi deum et tunc aliquomodo ſic deificat⁹
et transformatus in deuꝫ ad quodcunqꝫ ſe vertet ni
chil niſi deuꝫ conſiderabit et quid operis faciat nō
homini: ſed ſoli deo facere exiſtimabit. ¶ Et dum
hanc formam habebit vel tenebit in omnibus deū
videbit: et in labore actiuo: contemplatiua fruetur
Et ſi contingat immo quia continget ab hac nobi=
li forma diſcedere ad ipſam ſtatim nitatur homo
redire et hoc totiens faciat ꝙ quaſi in habitum du
cat: et hoc magis honore et diuina largitate q̄ꝫ ali
qua induſtria impetrare credat. Et hec omnia ni= si
mis difficilia tibi videntur ſaltem ad hoc conare vt
ſemper et in omnibus queras facere qđ ſit magis
honorificum deo: conforme chriſto. vtile tibi ꝛ pro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ximo: afflictiuū et ignominioſum corpori proprio. Quod ipſe nobis cōcedat qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen. ¶ Quoddam delectabile et alectiuum. ¶ Capituluꝫ. viij.

Anima mea liquefacta eſt vt dilect⁹ locutus eſt. ꝛc. O mira et ineſtimabilis virtus amoris. Deū inclinat ad terraꝫ: mentē eleuat ad patriā: et deū et aīam vel hominē ſimul cōglutinat: ad glīaꝫ deū facit hominē: et hoīem facit deū temporalē facit eternū immortale occidit: mortale īmortale facit: et ymū excelſuꝫ cōſtituit: īimicū facit amicū: ſeruū facit filiuꝫ et abhoīabl'e facit glīoſū: frigida facit ignea: obſcura facit clara: dura facit liquida. Nā aīa mea liqfacta eſt. ꝛc. O v͛bū admirabile: o verbū nimiū delectabl'e. Ego viliſſim⁹ et nequiſſim⁹ ſeru⁹ tuus dn̄e deus meus qui etiā nō ſū dignus aliqua tua creatura vocari nec eſſe: quō ſum tibi tante caritatis vinculo colligatus vt ad verbū tuū p̄re amore fuerim liquefactus. O ardor amoris qui intima mētis in deū infundis. Nā adamantina erat aīa mea et ci⁹ intima nimiū ſolidata nūc amore liqueſcit: nunc extra ſe exit et in deū tota inter ſe diffundit ꝓprium locum relinquit et ī deū currit: abſorbet͛ a deo ꝛ obliuiſcit͛ ſui ¶ O amor qd tibi tribuā qui me feciſti diuinū. Viuo ego iā nō ego: viuit aūt in me chriſt⁹ Inenarrabilis eſt v͛tus tua: o amor q̄ lutū in deum transfiguras. Quid ergo te potenti⁹: qd dulci⁹: qd iocundius: qd et nobilius obſecro? Bone amor qui terrena ponis in celum deſſicio tui memor. et facio me vniri dilecto. O felix amor qui nos facis lāguidos: ſponſi noſtri amplexi(mus) ſuſtentari. O deſiderabilis amor qui ſummis delicijs reples egētes

mplexib⁹

Sed ſi liquefacta es ad verbuz eius. o anima mea quomodo ſuſtines amplexus eius: quomodo non es conſumpta ad oſcula eius. Si liquefacta es ad affatum eius quomõ non es abſorpta cum intras per vulnera et per venas ad cor eius? Sed o mira dulcedo et mira iocunditas vt ꝙ non meremur nominare poſſumus maſticare. Non mereor eſſe ancilla: et facta ſum in delicijs cariſſima. Quis ſufficit tanti amoris etiam ſcintillam modicam intueri? Quid eſt hoc? Neſcio capere nequeo inquit: ſed obſtupeſco admiratiõe: iocundor delectatione: inebrior exultatione. Sed quid merui quid feci vt tanta michi beneficia exhiberes. Te perſecutus ſuz: et in te collocatus ſum: tuam faciem conſpui: et tu oſcula michi tribuiſti: te vulneraui gladio: et tu me a morte liberaſti. Te repleui dolore: et tu me gaudio et conſolatione. Occidi te deum meum: et michi te felicem vitam tribuiſti. O mira mutatio dextre tue Nõ ergo mirum ſi ad verbum tuũ liqueſcit cor meum: immo de cetero totus accendar et totalir̃ liquefiam vt in te totaliter ſim effuſus: nichil preter te videam nec in aliud cogita dicta vel facta tranſeant Cogitatꝰ vllomodo: immo mirum videtur quomodo non ſumus ſic intenti ad te: ꝙ ignoramus omnia p̃ter te.

¶ Si enim habemus te: quid amplius volumus?

¶ In te ergo dulciſſime domine ieſu quieſcat mẽs noſtra. et a te nec ad modicũ ſeparet̃. Stultiſſimũ quidẽ eſt tam nobiliſſimũ et iocũdiſſimũ locũ exire Quõ audemꝰ niſi dulciſſimũ ſponſũ inſpicere: ne ſubtrahat̃ a nobis? Quid queſo nos mouet aliud intueri? Nõne terrena ſũt ſtercora: et hoc eſt ſummũ bonũ. Quõ omnia nõ deſpiũt et deſpiciunt: quomodo omnia non fetent ad preſentiã tanti boni?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

O/o/o/ſtulticia hominū impiorū redite ꝑuaricatores ad cor. In vobis eſt regnum dei: et vos ꝓ ſanie fetidiſſima inſanitis et dyabolicā ſeruitute ſubitis. In vobis eſt certe de⁹ noſter cōuertimini ſuꝑ euȝ et fruamini ipſo. Et quē pri⁹ contēpſiſtis: nūc et de cetero contēpti ſitis: et hec ſit portio veſtra. Qđ nobis concedat ꝗ viuit ꝛ regnat. Amē. ¶ Qđ ſit hō bū ordinatus in cogitatione: locutione: ꝛ opatione

¶ Capitulum. ix.

SEruus dei nunq̄ȝ deberet nec aliud nec aliter cogitare: loqui: et opari: q̄ȝ ſi deuȝ facie ad faciē videret. Nec eñ dubiū eſt ꝙ ſic eſt nobis pñs de⁹ et ſic nos videt ſicut ſi eſſem⁹ in celo empireo in ſede btē ꝟginis: q̄ȝuis nō ſic influat hic ſicut ibi. Et iō quāuis eū nō videam⁹: ex quo ſcimus eū eſſe iuxta nos: et etiā in intimis cordis nři: nō ꝓpter hoc debemus plus vel minus vel aliť loqui aut facē q̄ȝ ſi ſemꝑ videremus eum. Tantū eñ timeret ſeru⁹ imperatorē ſi ſciret ꝙ impator eſſet iuxta eū et videret eū et ipe impatorē videre neq̄ret: quātū timeret ſi imperatorē videret: īmo forſitā magis. Null⁹ eñ ſeruus eſt ꝗ nō timeat ꝓprie ꝙ videať a dño ſuo. Vñ ſi ſciret ſeruus ꝓ certo ꝙ dñs ſuus nō poſſet eū videre nec etiā ſcire poſſet q̄d ſeru⁹ faceret nō timeret tūc dñm vt credo. Sȝ ſi ſciret ſe videri a dño ꝛ dñm tamen videre nō poſſet tūc multū timeret. Quanto ergo magis dñm noſtrū timebimus: q̄r nobiſcū et in nobis eſt et omnia intueť. Debemus ſemꝑ moueri timore: reuerentia: deuotione: amore: et erubeſcentia pctōꝝ. Mirum eſt certe quō tam modica ſcintilla ſicut eſt cor meum nō abſorbeť totaliter ab immenſa bonitate diuina et quomō ſeruus dei amore domini ſui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nō ſemp̄ inebriat⁹ incedit. Hoc credo fieri ſi illi bonitati imēſe vellet applicare cor ſuū Unde de hoc non dubitet aliqs ꝙ quātomagis illi bonitati diuine vellet applicare cor ſuum tanto melior et perfectior eſſet et qui in ſūmo bono cor applicare poſſet vt penitus oblitus oīm p̄ter ipſū toto animi conamine in ip̄m intenderet: vbiqȝ quieſceret nō ſtatiꝫ a tanto bono reſiliens tūc credo ꝙ abſorptus dulcedine ꝯſūmarek in ſtatu. Tunc em̄ inter cōſolatiōes et tribulationes: vituperia et honores: blandimenta et opprobria. inſeparabilis ꝑtranſiret nichil ſitiens niſi deuꝫ ſuū et ſolū eius affectās honorē Tūc cōprehenſor dici poſſet potius q̄ꝫ viator beat⁹ non miſer: angelus non homo: non pctōr: ſed ſanctus.

¶ Et ſi ad hoc ꝑtingere cupis o homo hanc breuem regulam tene Quicunqȝ vult eſſe cōſummat⁹ in ſtatu debet de ſua virtute totaliter deſperare et plenarie ſe cōuertens et cōmittēs in manibus pietatis immenſe toto corde confidat de ipſa: nichilqȝ quantū in ſe eſt omittens de cōtingētibus fideliter agat qcqd poteſt cernere ad ſui ꝑtinere honorem. Sed et hoc in prefata regula ſcriptū eſt donuꝫ dei permaximum. Et quiſqȝ hoc habuerit non a ſe ſed a deo fideliter habuiſſe recognoſcat: ſciens ꝓ certo ꝙ ad hoc per ſe eſt impoſſibilis ſed ꝓnus potius ad digna tormēta mortis eterne. A qua morte nos cuſtodiat ille q̄ eſt bn̄dict⁹ in ſcl'a ſcl'orum. Amen.

## ¶ De ordinatione ad proximum.

### ¶ Capitulum x.

De proximo accipe hanc doctrinā. Unūquenqȝ hominē de mūdo reputa teip̄m Et ſi hoc bn̄ feceris ⁊ in corde tuo bene impreſſeris: non eſt dubium quin bonū

ſuuz ſicut tuuz diliges et q̄d ad ſalutē ſuā ſpectare
videris ſicut pro te ſollicite ꝓcurabis oratione ex
hortatione et auxilio ⁊ quocūq; mō poteris. Et cuz
ipſum videris bōa dicere vel facere repleberis gau
dio: ſicut ſi tu diceres vel faceres. Si autem ſciue-
ris ipm eſſe in peccato aut in aliquo ſpeciali vl' ſpi
rituali delicto vel defectu nimium ꝯdolebis: et ipz
prout poteris a malo reuocabis et induces ad bo
num. De miſerijs autem corporis ſic compatieris
ſibi: ac ſi illas in proprio corpore haberes et ſic li-
benter ac diligenter ſeruies ei ſicut faceres tibi. et
etiam quia te debes odire. illuz autem diligere. Et
ideo ſi te offenderit dicto vel facto non plus cura-
bis q̄z ſi tu ipſe hoc feciſſes vel dixiſſes et eo ampli
us tibi placebit quia ibi eſt maior merēdi materia
Et ſi quid feceris boni vel dixeris non plus eleua-
beris. q̄z ſi alius feciſſet vel dixiſſet. Et ſi aliquē de
fectū non culpabilē feceris corā eis non plus cura
bis q̄z ſi in priuato vbi nullus vidiſſet feciſſes. In
de etiā ſequit̃ ꝙ ſi vnūquēq; reputaueris teipſum
ꝙ nullū ſpecialē habebis et qꝛ oēs tibi ſingulares
erūt. nulluz plus altero diliges niſi q̄ztum noueris
ipm meliorem eſſe non qꝛ tibi plus familiaris vel
notus. Nec etiam circa quantūcūq; bonū debem⁹
affici. ſed ſolūmodo circa deum ſiue in ſe abſolute
ſiue etiā inquantuz illi vel iſti tanta dona largitur
Poſſumus tamen plus orare pro illis quibus ſu-
mus magis obligati. Nec tamen ſic orandu3 eſt ꝓ
illis vt alios dimittamus. Hoc autem ſoluz appro
priabis tibi ſcz tuā culpam et defect⁹ tuos: et ꝙ te
villiorem oīb⁹ reputes. et non ſolum tua ſed etiaz
aliena pctā reputes eſſe tua ⁊ pro ipis veniā poſtu
labis ſicut et pro tuis. Et ſi dicas quō poſſū oīnes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoīes eſtimare meipſum? Hoc te docet facere perfe
cta caritas que te eis ꝯiūgens vnū cum eis facit.
Hoc tamē clari⁹ intuet̄ et ad hoc faciēdū facilius
mouet̄ q̄ cor ſuū in honorē dei totaliter radicauit
nichil aliud nec in ſe nec in aliis querēs. ¶Unde
hec eſt via optima ꝙ q̄ vult deū et ꝓximū diliget̄
ſolū dei honorē ſitiat et cū magna auiditate q̄rat
nichil aliud intēdēs in oīb⁹. Quod nobis ꝯcedat de
us etern⁹. Amē. ¶Qualiter zelator aīarū ſe ordi
nare et habere dꝫ. Capitulum. xi.

SIc debet eſſe modus et forma ꝑparādi
⁊ diſponēdi vt poſſit q̄s fructificare in ꝓ
ximo ſine ſui detrimēto. qꝛ ꝯtingit aut
ꝯtingere aliq̄n poteſt ꝙ in ꝓcurāda ali-
orū ſalute ꝓpria negligit̄ imo ꝓpria ſuffocat̄. Cū
ġ vis pro ꝓximo orare. ei p̄dicare. lectionē legere
vel eius ꝯfeſſionem audire aut aliqua talia facere
Primo faciem mentis ad eternū lumen conuerte
et ad eius ſplendorē. Confortare ſpiritu vt nō p̄ua
leat caro. Abſtine ab exteriori homine q̄ītum po-
tes vt ſolum ſis interior ad interiora ꝯuerſus. Tūc
eundē interiorē hoīem in proximo ꝯſidera/ de ei⁹
exteriori niſi inq̄ītū ad interiorē ordinat̄ n̄ curās
Tunc interior tuus homo ad interiorē ꝓximi con
uertat̄. et vtriuſq̄ exterior in ſupradictis actibus
tanq̄ vanitas negligatur ne pro exteriori interior
ad vana trahat̄. Ipm ergo exteriorē ꝓximi hoīem
tanq̄ ſacculū ſtercorū relinquēs ꝯſidera interiorē
ad ymaginem dei factū ſāguine xp̄i redēptū. locū
ſpūſancti. habitaculū xp̄i dei ꝟtutis et ſapiētie ſe-
dem et ad eternā beatitudinē poſſibilē. Tūc hono
ris dn̄i tui ſitibūd⁹ ingemiſce et plora: qꝛ ei⁹ yma-
ginē vides denigrari. p̄cioſiſſimū ſanguinē concul

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cari ſpũſſancti habitaculum pollui. ſpõſã xpi ꝓſti
tui. eius ſedẽ deiyci. et totã ſuã beatitudinẽ ꝓvilissi
mis ſtercoribus ↄtẽpni. Mirũ certe videt quõ iusti
oculi poſſunt a ploratu ceſſare vidẽtes tantam ve=
ſaniam in ꝓximo ĩmo etiã fuiſſe aliquãdo in ſeipo
et tantã iniuriã deo ſuo fieri. Quis michi queſo da
bit vt cũ mardocheo indut⁹ ſacco pro tanta popu
li nece nõ imminente vt illa iudeoꝝ ſed iaȝ fcta co
tidie plorem. ĩmo cõtinue vſqꝫ ad fores palacij vlu
lando incedens? Si enim ille pro corporali mor=
te iudeoꝝ tantum dolorẽ et triſticiam ꝓpt nimiam
plenitudinem caritatis publice pretendebat. quo=
modo ergo miſer lachrimis impono quietẽ: qui in=
finitaȝ ſtragem video animarũ et deũ meũ ꝑ nichi
lo reputari. Animetur hũs aĩa viri iuſti et dei ſui
cõtemptũ non ſuſtinens animaꝝ mortẽ abhorrens
conet modis omnib⁹ quibus poteſt animas a pec=
catis liberare. Quomodo poteſt dicere ſe deum di
ligere et eius amorẽ appetere qui eius ymaginem
videt iacere in ſterquilinio et non curat. Aut quo=
modo ſi cogitat ꝙ filius dei ꝑ animabus redimen
dis mortuus eſt: quõ ⁊ ipſe ꝑ animab⁹ mori nõ cu
pit? Et maxime cũ videt xpi ſanguinẽ pedibus cõ
culcari quõ queſo poteſt hanc ſui dñi iniuriam ſu=
ſtinere? Quõ ſe totũ nõ fundit in oratiõe: quotidie
clamat in predicatione: aut ꝓximos inſtruit lectio
ne: vel eos audit in cõfeſſione vt hũc ſui dñi ſangui
nem recolligere poſſit: animas recolligendo et con
uertendo Quid plura dicã? Credis ne te eſſe habi
taculũ ſpũſſancti qui vides eius templũ latrinã fie=
ri: et nõ clamas ſed diſſimulas qui ſolũ tuã quietẽ
requiris. Abſit. Quõ ergo credis te ſponſi amici=
ciam habere qui eius ſponſam ab adulterio non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cis occaſio intime cõtriſtando ſi volum⁹ cor tuũ in
trare: qđ factũ eſt mare magnũ et ſpacioſuȝ nimis
Quis ergo nõ libenter intrabit hoc mare vt poſſit
cor virginis introire? Certe hi bene intrant cor tu=
um: et ſũt cõtinue in corde tuo qui filij tui ruminãt
continue paſſionem. Impoſſibile eſt eñ mater pijſ=
ſima filij tui intrare vulnera et nõ intrare cor tuum
q2 illa vulnera ſũt in corde tuo perpetuo collocata
Sicut eñ illa ſtigmata ſemꝑ erunt in filij tui corpe
ſic ſemꝑ in matris mente. Quis ergo amplius tar
dabit et pigritabit hoc nauigiũ introire? Dulce eſt
de te audire: ſed dulci⁹ de te cogitare et dulciſſimũ
et ſuauiſſimũ ꝑ xp̃i vulnera cor tuũ ĩtrare. Nõ ergo
recedat hõ a xp̃i paſſiõe cõtumelia et vulnere ſi nõ
vult in corde tuo exire. Ibi fit hõ totus ꝟgineus: to
tus ſctĩſſim⁹: totus diuin⁹. Ibi obliuiſcit̃ hõ ſui: re=
cogitans que ſunt matris et filij. Qđ nobis concee=
dat ille qui benedict⁹ viuit et regnat in ſcl'a ſcl'orũ.
Amen. ¶ Meditatio humilis ac expoſitio ſuper
orationem dñicam. ¶ Capitulum. xvij.

Pater noſter qui es in celis. ꝛc. O immẽ
ſa clementia. O ineffabilis benignitas
O mira dignatio. O longitudo/latitu=
do/ſublimitas/et profundũ caritatis di
uine. Viliſſimum lutum: deteſtabilis ſanies: nequiſ
ſima creatura: ſe dei filiũ nuncupat: et dñs dñorum
rex regũ: et dñs dominantiũ: ſe meũ patrem dicit.
Cũ oratis inquit dicite. Pater noſter qui es. ꝛc. Et
ꝙ hoc dicit veritas: veriſſimuȝ eſt. Et ſcio ꝙ plus ſi=
ne comparatione me diligit: q̃ȝ pater carnalis vel ma
ter immo q̃ȝ me egoipſe. De tanto g̃ pr̃e eleuabitur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

coꝛ meū vt aquila et iaꝫ heres celi oīa inferioꝛa cō-
tēpnā. Quid mihi vltra de terrenis honoꝛib⁹ q̄ sū
filius dei? Maius dedec⁹ esset michi appetere quā
tuncūq; honoꝛē terrenū q̄ꝫ filio impatoꝛis latrine
officiuꝫ. Quid vltra michi de terrenis diuitijs q̄ re
gni eterni sū heres? Ignominiosi⁹ esset michi de q̄ꝫ
tuncūq; magnis diuitijs terrenis curare: q̄ꝫ p̄moge
nitū impatoꝛis de fimo equoꝛuꝫ. Quid vltra de de
litijs carnalib⁹ et eternis quātūcunq; magnis De terren
testabilius michi esset filio imperatoꝛis sūmi affici
in quātuncūq; allectiua creatura: q̄ꝫ filiū regis ī sa
nie fetidissima. Quid bonū: quid pulchꝛū: q̄d vtile
quid desiderabił̄e me allicere p̄ōt: qui heres suꝫ oīs
boni? Fons omnis pulchꝛi et boni. Omnia eñi res-
pectu illius non sunt nisi quedam similitudo et vm
bꝛa. Accedam ergo ad patrem meum q̄ꝛ nichil ali
ud vult nisi vt habeam ipsuꝫ. Nunquid ꝙ negligēs
ero? Nūqnid ergo pausabo? Nunq̄d alijs intent⁹
ero? Certe cū impetu oībus postpositꝭ currā ad eū
Sufficit michi si habeā patrē meū. Et iō toto coꝛ-
de tendā ad eū. Nō aliꝰ aspiciā nec aliꝰ videbo ni
si dn̄m deū meū q̄ꝛ oculꝰ mentꝭ totus tēdo ad eū: q̄ꝛ
nimis allexit aīm meū. Paſ nr̄. ꝛc. Mel ꝛ fauū in
oꝛe meo cum te deum meū patrē inuoco meum. O
dulcedo indicibilis O iocūditas inestimabilis. O
iubilatio ineffabił̄: cū audeā te p̄rem meū vocare.
O exultatio O admiratō. O medullaris modula
tio q̄ꝛ pater me⁹ es tu. Quid vltra p̄cedā: q̄d vltra
dicā: q̄d vltra petā? ¶ Pater meus es tu. Sed vbi
es tu pater mi vbi es? Si vbiq; es immo q̄ꝛ vbiq; es
quō sedes est tibi celū. Sed ideo benignissime vis
vt dicam⁹ pater noster qui es in celis. vt nos a ter
renis ad celestia eleues: vbi maxime tua potentia:

tua ſapientia et bonitas eluceſcit vt ibi mi pater
ſit ſemꝑ tecū cōuerſatio nr̄a: vt a te celeſtia nō ter=
reſtria vel terrena q̄ramus et petamus: aut certe vt
nos ſpūales celi facti in nobis ſit habitatio tua.
Quid ergo nos retardabit: qd nos retrahet: qd īpe
dimenta ꝑſtabit quin celeſtē vitā nō terream duca
mus vt in nobis ſit habitatio tua? O digna admiſ
ſio mira dignatio et dignatiua xp̄i habitatio in no
bis. Ego fetidiſſimus ſim⁹ et abhoīabilis pctōꝝ la
trina valeo eſſe ex immēſa clementia dei mei taber
naculū eius: et q̄ ſum plen⁹ ſanie et fetore: ero ſctm̄
dei templū: ſapientie ſedes: et habitaculū ſpūſctī.
O felix dies: o beata hora cū talez hoſpitem poſſi=
debo. Tenebo eum nec dimittā donec introducam
eum: immo ip̄e introducat me in domū illius q̄ ſur
ſuz eſt hieruſalē mr̄is mee: et in cubiculū genitricis
mee ſcz in intima ꝯtemplatiōis q̄ete: vbi cubāt: vbi
quieſcunt aīe delicate. ¶ Pater nr̄ qui es in celis:
ſanctificetur nomē tuuz. O q̄z bene ſequit̄: q̄z bene
cōtinuat̄: ꝑelegantiſſime ordinat̄ petitio ad ꝓ̄dicta
ſcz ſanctificetur nomen tuuz: ad pater noſter qui es
in celis: quaſi filialis deuotio: celeſtis contempla=
tio: totum animum reuerentis filij conuertit in pa=
trem celeſtē vt clamet et dicat ſanctificetur nomen
tuum Quaſi dicat. Non terrenas diuitias: deli=
tias et honores peto. ſed vt ſim in te totus conuer=
ſus et totus diuinus. Sanctificetur ergo nomen tu
um: vt ſcilicet mea vis rationalis tua ſapientia il=
luſtrata et omni errore ambiguitate et tenebroſi=
tate propulſa purgatā habeam conſcientiaz id eſt
puriſſimā noticiam tui. ¶ Adueniat regnuz tuum
vt mea vis iraſcibilis tua potentia roborata: ad ar
duitatem regni tui conſcendat. ¶ Fiat voluntas

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tua vt mea vis concupiſcibilis: tua bonitate dulcorata. immo tua caritate perfecta pleniſſime tuo beneplacito acquieſcat vt ex vera dilectionis amicicia ſit idem velle idem nolle. ¶ Uel ſanctificetur nomen tuũ quãtũ ad puram noticiam intellectus ¶ Adueniat regnũ tuum: quantũ ad feruens deſiderium affectus. ¶ Fiat voluntas tua ſicut in celo et in terra: quantum ad perfectum obſequium effectus. ¶ Sanctificetur ergo nomen tuum in nobis domine quod ab eterno ſanctiſſimum eſt in ſe: vt quicquid videmus: quicquid audimus: quicquid intelligimus et ſentimus totum ad ſanctiſſimi nominis tui noticiaꝫ ordinemus: vt ſit in nobis nomen tuum ſanctum id eſt ſine terra et purum vt excisi ab omni curioſitate et vanitate: et omni inutili fantaſia: te ſolum in omnibus cognoſcamus ſemper piiſſime et ſanctiſſime pater mentis noſtre oculus ad te lumen eternum inceſſabiliter dirigatur: ſemper te qui in omnibus es et a quo omnia ſunt: in omnibus te intuear: in omnibus te cognoſcam: O q̃ꝫ dulce lumen et delectabile oculis: a te ſole iuſticie nunq̃ꝫ mentis intuitum amouere. O q̃ꝫ dulcis et amabilis. q̃ꝫ admirabilis oculis noſtris: tuorum claritas radiorum. ¶ Sanctificetur ergo nomen tuum. ¶ Adueniat regnum tuum. ¶ Nunc regnum huius mundi occupauit totam animam meam. immo totam diſſipauit animam meam: totam lacerauit: totam fedauit totam denigrauit ſponſam tuam: dilectam animam meam. Totum cor meum: totum animum meum vanitas. immo feditas huius mundi allexit. Ideo non que mundi ſunt ſentio: que carnis ſunt appeto. que terrena ſunt cogito et affecto. factus ſum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ciuis huius mundi: et ſub huius mundi principe ſollicite ſtudeo militare. Sed tu dñe nõne creatura tua ſum? Ergo adueniat regnũ tuũ: vt princeps huius mũdi eiiciatur foras. Tu ſolꝰ in me regnes tu ſolus inhabites mentẽ meã: totuz me occupet regnum tuuz: totũ ſibi vendicet deſideriũ meuz ſolus reficias affectum meũ. Quid quero: quid deſidero quid volo. quo vagor: quo diſcurro: quo diſtrahor? Sufficit michi domine regnũ tuuz: ſit tibi habitatio mea: ſit tibi refectio mea: ſit tibi tota conſeruatio mea. Tu ſolus bonus: tu ſolus pulcher: tu ſolꝰ amabilis: tu ſolus deſiderabilis: animarum amator. Tu ſolus me regas: tu ſolus me dirigas: tu ſolus me allitias: tu ſolus cor meum tecum habeas animarum zelator. In te ſolum quieſcat cor meum et pectus meum. In te ſolum non dulcoratur cor meum. tu ſolus repleas animum meum. Cum impetu aſcendam ad te centrum meum et regnũ meũ animarum redemptor. Ergo adueniat regnũ tuuz

¶ Fiat voluntas tua ſicut in celo et in terra. Hoc volo: hoc deſidero: hoc totis animi viſceribus concupiſco: vt in me et de me ac per me: non mea. ſed tua fiat voluntas. Totus ſim. Totus in tuum ſolum plaudam honorẽ. ad hoc factus ſũ: ad hoc natus ſuz vt tuũ ſoluz honorẽ requirã. Jam nõ flectar ad meum appetitũ iam nõ requirã ꝓpriuz cõmodũ Jam nõ deſiderẽ amicoruz affectum ſed ſolũ nitar tuuz ſolũ in omnibꝰ bñplacitũ adimplere. Nõ cogitẽ quid amarũ: quid dulce: quid oneroſuz vel leue: quid aſperuz vel ſuaue. ſed cũ impetu et deſiderio feruenti et cum anxietate curem ꝑficere que tue ſunt beneplacita voluntati. Hoc ſolum michi iocunduz. hoc michi ſit ſuaue: hoc ſolum michi ſit le

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne. Hoc delectabile et amabile in quātūcūq; aſpe-
ris; vilibus difficilib⁹ effuſis et amaris tuā reqrere
pficereq; volūtatē. O gaudiū et iocūditas. ⁊ exul-
tatio medullaris. totum et totaliter ſemp et vbiq;
exponere me ad oēm tui honorē: quem poſſez mō
aliq effectui mācipare. O vtinā ſol⁹ poſſem oīa
tua miſteria mi dn̄e adiplere. Magis gaudeo ma- miniſte
gis approbo. ampli⁹ totis artubus ⁊ viſcerib⁹ ɔcu-
piſco. me totū exponere et ipendere tuo honori me
de me tue ſatiſfacere volūtari pro te. q̄z etiā q̄ztun-
cūq; celeſtibus et diuinis delitijs iocūdari. Si eniz
ppter te mi dn̄e lacerarer et paſſiōes et mortes q̄ſ-
cunq; ad tui honorē reciperē: eas magis approba-
rez. magis diligerē et de his magis gauderē q̄z de
quacūq; delectatiōe quā etiam in patria poſſez ha-
bere. niſi forte illa delectatio tiƀ aut plus cederet
ad tui honorē. et hoc etiā rōne delectatiōis ſed ra- non
tione tui honoris optarē. Non enī fact⁹ ſū ad me-
am vanitatē cōſolandā ſed ad tuā magnificentiaz
honorādam. ¶ Quid michi maius. qd michi dul-
cius. qd michi amabili⁹ q̄z me totū in tuum hono-
rem reſoluī? O gaudiū dn̄i. o tripudiuz. o michi oē
iubilare ſolatiū. q̄ poſſim aliqd quacūq; difficulta-
te facere ad tuū honorē. Hoc angeloꝝ eſt gaudiuz
celeſte deſiderium poſſe te totaliter obſeq totaliter
te frui. tue volūtati plenarie ɔformari. et tuuz ho-
norē et magnificentiā admirari. Non dubito. imo
cert⁹ ſū. q̄ plus gaudēt angeli ⁊ aīe ſctē de magni-
ficētia honoris tui: q̄z de magnificentia glorie ſue.
Et ideo fiat volūtas tua ſicut in celo id eſt in cele-
ſtibus ſpiritibus et in terra i. in nobis hoībus. Et
tue volūtati adeo libēter et feruēter ac voluntarie
obſeq̄mur et ipi ſcd̄m poſſibilitatē nr̄e virtutis to-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

taliter ꝯformemur. ¶ Panē nr̄m quotidianū da nobis hodie. O q̄ȝ bene ordinat: q̄ȝ elegāter cōiungit hec verba p̄miſſis. Et q̄ȝuis de pane materiali et etiaȝ ſpūali poſſit exponi: de ſacramētali tamen pane maxime exponam⁹ ad p̄ſens. Et vt dixi in verbis dn̄i eſt egregius ordo. Quis em̄ adeo dignus Quis adeo eſt habilis ad ſuſceptionē hui⁹ ſacramenti ad offerendū filium deo patri. vt ille qui vt ſupradictuȝ eſt ſe totaliter in deū ordinauit. et q̄ȝtum ad intellectū affectum et effectuȝ: qui ſe totum deo obtulit. totum ſe ſacrificio conſeruauit. qui in ſe annullatus eſt et in deum totus illatus eſt q̄ nō que ſua ſunt querit ſed que ieſu xp̄i. Ille enim in hoc ſacrificio poteſt ieſuȝ xp̄m recipere. ieſum xp̄m deo patri pro ſe et aliis offerre. et ideo petitiōi iſti magiſter verus prepoſuit. Sanctificetur nomē tuum. et optime coniungit ad illud verbū. Panē noſtruȝ quotidianū da nobis hodie. Qui em̄ egyptū pctōꝝ exiuit. In ſanctificet͏̄ nomē tuū. et mare rubrum tētationū inundātiuȝ ſubmerſis egyptiis ſicco pede trāſiuit. In adueniat regnuȝ tuū. et in deſerto ꝯtēplationis ſoli deo intēdit. et ſe totum deo dedicauit. In fiat volūtas tua. Jam in hoc deſerto eſuriēs. māna id eſt panē celeſtē a celeſti patre requirit. In panē noſtrū quotidianū da nobis hodie Qui em̄ in egypto aliq̄n ſup ollas carnium ſedit: nūc illis ſpretis ſolū panē viuū qui de celo deſcēdit exq̄rit poſtulat et acq̄rit. O admirāda xp̄i dignatio. mira iubilatio mētis de⁹ me⁹ ſpōſ⁹ me⁹. amor me⁹ fact⁹ ē cib⁹ me⁹ Sctōꝝ p̄miū. gaudiū āgloꝝ dei p̄ris v͏̄bū ē nutrimētū meū. Lux mūdi ſol celi. ſapiā dei ē refectio animi mei. Proles v͏̄ginea. redēptio humana. celiq̄ȝ gl̄ia facta eſt cibatio mea.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quid vltra affecto. qd vltra me pōt allicere. Absit a me dñe vt ex q̄ cor meū hȝ tā nobilē cibum q̄ circa aliqd qd est ī toto mūdo afficiat. Quō obsecro post tā nobilissimū cibū sufficiētissimū suauissimū et dulcissimū pōt cor meū circa vana turpia et īmūda delectari? Et si sp nō possit ipm sacramētaliter sumē: saltē cor meū ipȝ spūalit non desinat ruminare. In vitate mirū ⁊ plusq̄ȝ mirū videt quō p̄ dulcore et nimio amoris feruore cor non deficit in hoc cibo. Tu solus bone iesu sis cibus meꝰ et refectio mea: te solū esuriā. te soluȝ auido et insatiabili appetitu comedā et sp sim famelicꝰ tui Quid te dulciꝰ. qd suauiꝰ. qd amabiliꝰ bone iesu. Te solum volo comedere. te solū cupio masticare. Tu michi sp dulcescis in corde. Si solꝰ odor tuꝰ deberet sufficere toti mūdo q̄ȝtomagis cibatio tua. Si in verbo qd de ore tuo ꝓcedit reficimur et viuimꝰ. qd est te verbū eternū ore recipe. ⁊ cordis dētibꝰ masticare? Quō in te cordis penetralia non liq̄scūt? Quō nō sic cor meū delectat in te vt obliuiscat omnia p̄ter te? Si aliqd terrenū. imo aliq̄ similitudo terreni tm̄ cor meum occupat aliq̄n vt obliuiscat tui. quō tua verissima p̄sentia nō me tm̄ reficit ⁊ iebriat vt oīs totius mūdi obliuiscar et etiā mei? Hūc ḡ pat celestis panē nrm quotidianū da nobis hodie. Da nobis hūc panē. vt sp in p̄senti et sp p̄sentialiter eum habeamus Sit sēp p̄sens spūalit hic cibus et nūq̄ȝ sciat preteritū vl futurū. sȝ hodie doces bōe iesu vt dicamus. Cur q̄so tm̄ festinas esse nobiscū? Quare nō differs vsq̄ ad cras? Quid eñ in nobis vides? qd in nobis sentis: qd in nobis agnoscis q̄ in tm̄ nostro es inebriatꝰ amore. Quid nobiscum lucraris quid in nobis reperis. queȝ fructuȝ de nobis habe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bis q̄ neſcis tardare. Sed ſic amor noſtri te vrget
vt differre nequeas. q̄n ſtatim velis eſſe nobiſcum
cum q̄bus nullū habes lucrū? Nos autē q̄ ſumus
fetidiſſima ſanies. et indigni etiā tua creatura quā
tuncūq; viliſſima noīari. quō differimus ex quo tm̄
deſideras nos eſſe tecū quin te ſummum bonū. ſpe
culum ſine macula impetremꝰ. Tu ergo bone dn̄e
differre nō vis vt oſtēdis nec nos differre volumus
amplius. hodie ḡ te repetimꝰ vt habeamꝰ. Nō eīm
tarda eſt inſtitutio. qđ eſſet ſi peteremꝰ et nō impe
trarēmꝰ. Q̄r ergo te ſtatim petimꝰ et deſideramꝰ
et hoc ipm̄ tu cupis. accede ad cor noſtrū: qꝛ ad te
aſcēdit cor nr̄m. En inebriatꝰ es noſtri: et nos tui
amore. Te ḡ ad nos et nos ad te. cū impetu iūgit:
pondus amoris Et iam oīni mora ſublata mutuꝰ
ſit amplexꝰ et inter brachia tua deficit aīa mea ab
ſorpta amoris feruore. Cū eīm ſenſi amplexū tuuȝ
excitaſti aīum meū poſt cibaſti. deinde īebriaſti tā
dē tuis amplexibꝰ et oſculis ſepaſti aīam meā et ī
tuis brachijs deſcit. nō eā q̄zuis indignā abijcis: nō
eā refugis ſed ad te ſtringēs clamas et dicis. Ad
iuro vos filie hirlm̄. ne euigiletis neq; ſuſcitare fa-
ciatis dilectā donec ipa velit. Sȝ adiuro clementiā
tuā bone Jeſu. q̄re dixiſti quotidianū? Nōne conti-
nue vis eſſe cibꝰ noſter? Nōne ſufficit ſi ꝑ vnā dieȝ
in nobis habitas ⁊ moraris nobiſcū? Quid fecimꝰ
tibi. Quid ergo dicā de beniuolētia tua. ¶ Neſcio
qꝛ in illis theſauris clemētie tue deficit animꝰ meꝰ
ita vt nō poſſit ꝑuam ꝯſiderare ſcintillā. tanta eſt
abiſſus eius. Et iō aliud neſcio dicere. niſi ex q̄ vis
ſemꝑ eſſe nobiſcū nō oī tp̄e ſimꝰ tecū. et nunq̄ȝ a te
ſponſo benigniſſimo ſpecioſo. cibo ſuauiſſimo rece-
damus. Jta enim dn̄e tuo amore et deuotione nos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝯglutines tecũ: vt nõ poſſim⁹ a te recedere nec veli
mus. Si ergo panẽ nr̃m quotidianũ da nobis ho-
die. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos di-
mittimus debitoribus noſtris. Hoc ſic ordina ꝛ cõ
iũge p̄dictis. O bone Jeſu nobiliſſimũ celũ. nobis
indignis ſuulis tuis benigniſſime et iſtãtiſſime ob
tuliſti. Sed quid? Timeo ad ꝯuiuiũ heſter vt amõ
inuitari Et ſi illa bone Jeſu nõ ſit intẽtio tua. tñ
timeo de iiuſticia mea q2 agnoſco pctã mea Quid
ergo? Cõuiuiũ opulẽtiſſimũ paratũ eſt. nũcij id eſt
angeli ſctĩ miniſtrãt. eſuries me excitat et cõpellit
tñ accedere nõ p̄ſumo. q2 peccaui. Quid ergo faci
am? Anguſtie ſunt michi vndiq3 Sz certe quid eli
gã ſcio Ibo eñ ad patrẽ meũ celeſtẽ de quo ſupra
dictũ eſt. Pater noſter ꝛc. et dicã ei. Pater pec-
caui in celũ ꝛ corã te. Jaz nõ ſũ dign⁹ vocari fili⁹
tuus fac me ſicut vnum de mercẽnarijs tuis. id eſt
dimitte nobis debita noſtra. Sz o felix recognitio
culpe: que ꝓmeretur patris ãplexus Forte amoris
feruore inter amplexus eius reſoluar. et mutabor
in viꝝ alterum ꝛ aliquãtuluz audebo comedere de
vitulo ſaginato Dimitte ergo nobis debita noſtra
O mira dei noſtri dignatio erga nos. ip̄m cõtẽpſi-
mus ꝛ ꝓuiliſſima ſanie ꝯmutauim⁹ ꝛ tñ nobis ſua
det vt veniã petam⁹. quõ vult nobis veniã dimit-
tere cum offẽſis: hoc aũt nõ vult angelis elargiri.
Quõ que ſo bone dñe potes nos ampli⁹ aſpicere:
qui ita turpiter a nobis abijcimus te? Ergo ex quo
tuipſẽ ſuades Dimitte nobis debita noſtra. dimit
te nobis. q2 iã pro nobis ip̄e debitum ſoluiſti. iã te
ip̄m ꝓ nobis in ſacrificio obtuliſti. Tu es qui nos
doces vt dicamus. dimitte nobis. ꝛc. ¶ Hoc facere
potes. Nõne pax iã facta eſt? Nõne iã pacis ꝯuiui



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

um celebratũ eſt aut quotidie celebrat. Dimitte ergo
nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittimꝰ debito
ribus noſtris. O beatum ꝓximi debitũ. O felix of
fenſa quã allegare corã deo poſſumus in remiſſio-
nẽ debiti noſtri. Nõ ergo cariſſimi fratres cõtriſte
mur ſi nos offẽdũt hoĩes: ſi nobis ĩiuriant. ſi nos
afflígũt. rapiũt et accipiũt noſtra ſed in his quan-
tuz eſt ꝓ nobis exultemꝰ et gaudeamꝰ. imo affecte
mus et cupiamꝰ qꝛ dimittẽdo ea ꝓximis: allegare
poterimꝰ dimiſſionẽ debiti noſtri. Nõ eſt dubiũz ꝙ
magne virtutis magneꝗ efficatie eſt allegatio iſta
quam ſumꝰ aduocatus et iudex noſter nos docet.
Ergo dimitite et dimittet vobis. ¶ Dimitte ergo
nobis debita noſtra. ſicut et nos dimittimꝰ debito
ribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem.
Quid enĩ dñe ꝓdeſt baptiſari vel lauari a mortuo
ſi iterũ tãgo mortuũ. Nõ ſufficit michi dñe. vt pec
cata ꝯmiſſa dimittas: niſi etiã me dñe a culpis et a
pctĩs imminẽtibꝰ cuſtodias. Naz ꝓ̃ptiſſimꝰ ſum
ad pctm̃ ⁊ niſi me cuſtodias. ſine freno irruã ĩ pec
cato. Quid dñe ꝓfuit aman. ꝙ a rege aſſuero ſuꝑ
om̃s ꝑ̃ncipes fuit elatus cũ poſtea inflatus ſuꝑbia
fuit ſuſpẽſus in ligno? Quid enĩ michi ꝓdeſt quic
quid ĩ ꝓ̃miſſis petit verbis niſi me cõtra tentatio-
nes ꝯſerues in bono? Ergo et ne nos inducas ĩ tẽ-
tationẽ. Uis bone Jeſu vt ſic petamus: qꝛ multo-
tiens ꝑmittis nos tentationibus ſtimulari vt ad te
recurramꝰ. Om̃em modũ et viaz qua poſſis nos ad
te trahere exerces: qꝛ tecũ nos cupis habere. Ten-
tatus ergo ad amplexꝰ paternos fugiã. vt recipiat
me fugientẽ et timidũ: et dicã ei. Et ne nos ĩducas
in tẽtationẽ. Hoc vult: hoc deſiderat: hoc expecta-
mus pater, vt ad refugium currã et auxiliuz et ſu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nū ei⁹: vt totaliter de me diffidēs ſolum de ipſo cōfi
dā. Ergo et ne nos inducas in tentatiōe. Sed li=
bera nos a malo. Amē. Verū ē dñe: qꝛ ſum⁹ digni
oī malo: qꝛ cōtēpſim⁹ oē bonū: ſed vide clemen=
tiſſime pater infinitaꝫ miam tuā: et oīno deteſtabi
leꝫ neqtiam noſtrā: et releua a nobis puulis: nobis
infimis iportabile onus a malo oppinēte deſtruen
te: et retardāte a bono libera famulos tuos. vt li=
bere poſſim⁹ dñā tui tuo ſuire et vacare: et maxīe
ab illo terribili et horribili malo eterno nos libe=
ra: ne tua deſiderabili viſiōe priuemur: qd horrent
oīa oſſa noſtra. Quid enim michi pdeſſet tuam
creaturam fuiſſe: niſi te habeam et tot⁹ in te ferar
et totaliter in vita eterna. Quā nobis concedat il=
le qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sequunt alie due breues expoſitiones ſup ora=
tionem dominicam. ¶ Capitulum. xviij.

POſſunt autē ſupradicta aliter explicari
ſic vt pr nr pmittat: vt cōfident ad xpm
accedamus. Qui eſt i celis vt q ſurſum
ſūt qram⁹ non q ſup terrā. Sanctificet
nomē tuum. quantū ad fidei illuſtrationeꝫ. Adue=
niat regnū tuum. quantū ad ſpei firmitatem. Fiat
voluntas tua. quantum ad caritatis conformita=
tem et pfectionem. Paneꝫ noſtrum quotidianum
quantū ad nutrimētuꝫ et fulcimētuꝫ tēperātie. qd
maxime exhibetur in pane eucharistie. et dimitte
nobis debita noſtra. ꝛc. quantuꝫ ad correſponden
tiam et merituꝫ iuſtitie. per hoc qd ſubditur. ſicut
et nos dimittimus. ꝛc. Et ne nos inducas. ꝛc. qua=
tum ad actum prudentie que eſt in pcauendis inſi
diis. Sed libera nos a malo. quantū ad actū forti
tudinis: q eſt intollerādis aduerſis. Amē et Alia



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

expoſitio. ¶ Poſſumus autē ſupradictas petitio-
nes exponere pro his que habituri ſumus in pa-
tria. vt ſanctificetur nomē tuum: referatur ad apertā
viſionem. quaſi diceretur quod nunc ꝑ ſpeculū et in
enigmate videmꝰ tunc pure et ſine terra et ſine ali
quo medio videamꝰ. Adueniat regnū tuum quā-
tum ad firmā tentionem vt in eternū regnemꝰ. Fi-
at voluntas tua. quātum ad conſummatā dilectio
nem que plene amantē in amatum trāſformat. Et
tunc exponendum eſt. Sicut in celo et in terra. id
eſt ſicut in angelis et homībꝰ fiat. Panē noſtrum
quotidianū da. ⁊c. quātū ad ſuauiſſimā fruitionē
Et exponendū eſt quotidianū. i. cōtinuum: qꝛ ſemp
ibi eſt dies. Et exponēdum eſt hodie ꝓ p̄ſentia que
nō habz p̄teritum et futurum. ſed eſt tota ſimul. qđ
meliꝰ per p̄ſens notatur. Et dimitte nobis. ⁊c. In
quo petit aduentꝰ anni iubilei ī quo oīa debita di
mittunt veris iudeis id eſt penitētibꝰ et cōfeſſis et
homo homī et deꝰ hoībꝰ talibus vniuerſa delicta
dimittet. Et ne nos inducas. ⁊c. In qua petit illa
pacis pulchritudo de qua dicit. Sedebit populus
meꝰ ī pulchritudine pacis vbi nō eſt ampliꝰ ſathā
nec malꝰ occurſus. Sed libera nos a malo. quaſi
diceret. Duc nos ad illum ſtatū qui eſt oīm bonorū
aggregatione ꝑfectꝰ. et in priuatione oīm maloꝝ
iocundus. Ubi vere liberati erimꝰ a malo. ¶ Hec
autē expoſitio vltima multā admirationē et mirā
vel nimiā deuotionē medullarē exultationē. plenā
laudis ꝑſolutionem requirit et in ea ſatis ſūt mi-
ri et inenarrabiles contēplationis thezauri. ſz non
ſufficio nec ſum dignꝰ eos diſpenſare: nec ponere
in os meū imundū maxime cū regis aſſueri aulam
ingredi non valeā non vocatꝰ. et ideo ſimplicitati

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noſtre ſufficiant q̄ ſupra diximus foris in atrio exiſtentes. Ipſe aūt xp̄s ad nos in clementie ſignū virgam aureā extendat vt poſſim⁹ ſecure ad ip̄ʒ introire ſecuʒ in eternū regnare qui eſt bn̄dictus in ſc̄la ſc̄lorum. Amen.

## ¶ Meditatio ſuper ſalue regina.

## ¶ Capitulum. xix.

AD ſalutandū beataʒ virginē mariam. Primo debes ei⁹ magnitudinē ↄſiderare. Nec eīm circa filiū ei⁹ potuit amplius eleuari: qꝛ vt mater dei vocaret. Exultans ḡ et admirās magnitudinem matris noſtre deuote et reuerenter ad ipſuʒ accedēs dicito ſalue. Hoc dicto ſtatim in tuā reſilias paruitatē ⁊ magnificentiā matris dei: et dic. Patientiā habe i me dn̄a. q̄ ego viliſſim⁹ hominū audeo aſſiſtere tante dn̄e: et ſalutare p̄ſumo reginā celorū: dn̄am angelorum: et matreʒ dei mei. Sed de tua benignitate humili et humilitate benigna confido q̄ me indigniſſimum ſuſtinebis. Et quāuis ſis archa veteris teſtamenti: et ego multo ignobilior tamē cuʒ te retigero corde et ſalutauero ore nō credo percuti: ſed tuo amore poti⁹ inflāmari: et tua pietate largiſſima in omnibus exaudiri. Ergo ſalue regina. Sub tuo regimine dn̄a volo de cetero militare et me totaliter tue dn̄ationi cōmitto: vt me plenarie regas et gubernes. Nō michi me relinquas: qꝛ ſū michi ipſi cōtrarius nimis. Quicq̄d ḡ michi dimiſeris: noueris miſerrime deſeruiendū. Sʒ cū plen⁹ ſim miſeria et a planta pedis vſq̄ ad verticē putrefact⁹: gerē horrorē fetoris. quō me regere dignaberis tā nobiliſſima creatura: Certe qꝛ tu es regina mīe. Et qui mīe ſubditi ſunt niſi miſeri? Sed regina mīe es et ego miſerrimus pc̄torū ſubditorū maxim⁹. Quō ergo

Area ve / vis teſtm

geraz



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dña nõ excercebis ĩ memetipſũ tue miſerationis ef
fectuȝ. Vere dña regina es mĩe: q2 nõ eſt in hac vi
ta ſic deſperat⁹ ſic miſer cui nõ ĩpetres mĩam ſalu
tarẽ. ſi ad tuũ declinauerit regimẽ Certe dña cũ te
aſpitio nichil niſi mĩam cerno. Nã ꝓ miſerijs ma
ter dei facta es: mĩam inſup genuiſti: et demuȝ tibi
miſerendi eſt officiũ cõmiſſũ. Undiqꝫ ſolicita de mi
ſeris vndiqꝫ mĩa vallaris: ſoluȝ miſereri tu videris
appetere. Multũ ſolicita es miſeris: hos in tuos fi
lios adoptati: hos regere dña voluiſti. et ideo regi
na mĩe tu vocaris. Quid ergo de cetero formida
mus: quid timem⁹? Et quis a te qð petierit nõ ha
bebit? Certe nullus: niſi qui ſe miſerũ nõ recogno
ſcit. q2 nõ ſubeſt tuo regimini niſi miſer. Aut quis
etiaȝ ſi ſe cognoſcit miſerũ de tua miſericordia non
confidit. Illi ergo paueãt ſoli q̃ ſe exiſtimãt eſſe iu
ſtos et ſupbi ꝑſumptuoſi: qui tuo regimini nõ ſubſti
tũt: et illi miſeri qui tuã mĩam nõ requirũt. Nos ꝗ
miſeri tecũ de cetero conſolemur tecũ ammodo do
mina habitem⁹: demũ totis viſcerib⁹ amplectamur
q2 tu es vita. Uita vere que mortẽ ſuperbie viciſti
que nobis vitã gratie impetraſti: vitã gl'ie genuiſti
Et nõ eſt dubium ꝙ vitam nature multis reddidi
ſti. In oĩbus enĩ te vitam morti oppoſitã oĩs. O vita
mirabilis que mortuos viuificare conaris. Per te
o dña a priuatione eſt homo regreſſus ad habituȝ
O vita mortẽ nõ timens: mortẽ expellens: morta
les immortales cõſtituens. O certe vita amabilis:
vita deſiderabilis: vita delectabilis. O vita non ſe
neſcens: ſed potius ſenes ad iuuẽtutẽ reducẽs: o vi
ta carnales vitas ad nichilum redigens et abhor
rens o vita que nutris celeſtibus allimentis. o vita
certe contraria vite mundi. Qui enĩ vult te habere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſe affligat: delitias reſpuat: delicata queq; cōtēnat:
et qui ampliꝰ mortificacꝰ fuerit: ampliꝰ te poſſide
bit. O vita diuia fortificās ptāte ſcʒ imperatiōe di
uina: diuina ſapiētia regulās et diuina vegetās bo
nitate. Si vita mea es cur nō ſemp in me es: cur nō
ſemper vegetas aīam meam? Quis michi tribuat:
vt ſemp gaudeam beneficio huius vite? Dulcedo
Uera dulcedo que amaritudinē peccati veniā im-
petrando expellis: que nobis duledinē gratie et vi
te acq̄ris: que ad ſuaues celeſtis patrie contēplatio
nes introducis. O dulcis dn̄a cuius ſola memoria
affectu dulcorat: cuius meditatio magnificentie mē
tem eleuat: cuius pulchritudo oculū introire exhy-
larat: cuiꝰ amenitatis: immenſitas cor meditantis
inebriat. O dn̄a que rapis corda dulcedine. Nōne
cor meum dn̄a rapuiſti et vbi queſo poſuiſti illud:
vt ipm̄ valeā inuenire? Nūqđ in ſinu tuo ne inueni
am collocaſti? Nūqđ inter vbera tua poſuiſti illud
Fortaſſe ibi poſuiſti illō cor meū vt qđ frigora tibi
calefiat. O raptrix cordium qn̄ michi reſtitues cor
meū q̄re ſic corda ſimpliciū rapis? q̄re violentiā fa
cis tuis amicis? Nūqđ ſemp vis ipm̄ tenere. Cū id
a te poſtulo michi arrides et ſtatī tua dulcediē ꝯſo
pitus q̄eſco et in me reuerſꝰ cū iterꝫ poſtulo me am
plexaris dulciſſima ⁊ ſtatī inebrior tui amore ⁊ tūc
cor meū nō diſcerno nec aliqđ ſcio petere niſi tuum
¶ Sed ex quo ſic eſt cor meuʒ tuo dulcore inebria
tum guberna illud cū tuo: et in ſanguine agni con-
ſerua: et in latere filij colloca. Tūc aſſeq̄r qđ inten-
do tūc poſſidebo qđ ſpero: qꝫ tu es ſpes nr̄a. Non-
ne dn̄a tu es regina nōne tu es nr̄i mater ꝑmij ſcilʒ
xp̄i qui eſt ꝑmiū bonoꝝ et btōrum. Nōne tu es que
tm̄ nos exaltare deſideras. Nonne plus ſine com-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

paratione nos diligis ac bonum noſtruꝫ procuras
amplius q̄ꝫ mater carnalis. Si ergo nos vis face-
re glorioſos immo quia vix quis poterit te prohi-
bere. Sperent in te qui nouerunt nomen tuum q̄m
non derelinquis querentes te dominam. Certe qui
ſperant in te mutabunt fortitudineꝫ: aſſument pen-
nas: vt aquile volabunt: et non deficient: current et
non laborabunt. Quis enim nō ſperabit in te: que
etiam adiuuas deſperantes? Et quis non ſperabit
in te: per quā exaudite ſunt patrū preces et eorum
adimpleta ſūt ꝓmiſſa? Quid potuerūt patriarche
et ꝓphete deſiderare qđ ꝑ te dn̄a nō fuerint aſſecu-
ti? Si antiqui hec oīa habuerūt per te: quō nos qui
ſumus vnici filij tui ſanguine redēpti nō habebimꝰ
qđ voluerimus poſtulare? Nō dubito ꝙ ſi ad te ve-
nerimus habebimꝰ qđ voluerimus. In te ğ ſpet q̄
deſpat: q̄ deficit ad te recurrat: ꝯfident̄ ad te ꝓuēiat
q̄ vult aliq̄d īpetrare dicēdo Salue. Quid ğ de ce-
tero a tui ſalutatiōe poterit nos ꝓhibere ex q̄ es vi-
ta dulcedo et ſpes nr̄a? Quid ğ a tua reuerētia ex
quo es regīa nos poterit īpedire? Et q̄d eſt ſaluta-
tiōeꝫ replicare: niſi tibi ſn̄ fine reuerentiā exhibere.
Quid eſt ſalutare et iterū ſalutare: niſi ſalutē ⁊ ſa-
lutis ꝑfectū a te dn̄a poſtulare? Quid ſalutamus
et iterū ſalutamꝰ: niſi vt tā interiꝰ q̄ꝫ exteriꝰ per te
dn̄a ſalubriter cuſtodiamur. Quid ſaluto niſi quia
vtrūq̄ hominē tue reuerentie expono. Quare te ſa-
lutaui niſi vt te haberē? Quare iterū te ſalutaui:
niſi vt ꝑ te filiū tuuꝫ poſſiderē? Quare te ſalutaui:
niſi vt redderē te attentā ad vota mea. Et iterum
quare te ſaluto: niſi vt bene ſuſcipias et ꝑficias ip-
ſa vota mea. Aut certe primo te volumus ſalutare
vt te cōmendemus. ſcđo vt poſt hāc miſeriā filij tui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gloria gaudeam⁹. Primo es dña ſalutata vt per te gratia impetret. Scdo vt ꝑ te ad gloriã ꝑueniatur. ad te. Ad te vere qꝛ tu ſola dñm genuiſti: tu ſola interemiſti vniuerſã hereticã ꝑauitatẽ. Tu ſola es dña regni: tu ſola es gubernatio ꝑemij. Ad te matrem miẽ: matrem certe que lauas nos a fecib⁹ peccatoꝝ que nos conſolaris in cunabulis vagientes: paruulos eſurientes lactas: cuius brachijs ſuſtentamur deficientes. Tu vere ꝯſolidas vulneratos: ad ſalutẽ perducis egrotos. Et nõ ſolum mater ſed etiã medicina facta es miſeroꝝ: que es dña angeloꝝ. Ad te certe q̃ nõ derclinquis delinquentes q̃ nõ reſpuis fugientes: q̃ blandimẽtis nõ allicis: delitijs nõ foues et nutris. At te clamam⁹ quõ nõ clamaremus qui vulnera ſuſtinem⁹ plagas ſentimus qꝛ inimicis vndiq; circũdamur? Clamamus anguſtiati: miſerijs infinitis oppꝛeſſi clamam⁹ cordis anxietate: ſtomachi vacuitate: doloris acerbitate. Aut forte erga te amoris immẽſitate clamam⁹ ne ſõnolentia tibi erga nos inducatur. Quare eñ obdormis dña? Surge et adiuua nos. Clamamus etiam vt noſtrã tibi manifeſtemus miſeriam quia clamare neceſſitas nos cõpellit. Et etiã ad te clamam⁹ vt te ad cõpaſſionẽ ampli⁹ moueam⁹. Propter hũc clamorẽ rauce fctẽ ſũt fauces mee. Quid ergo ampli⁹ moraris? Quid affligi nos ꝑmittis? Si ĝ multũ tardaueris et vocẽ clamãdo amiſero. ad te ampli⁹ clamare nequibo. Et heu michi quid tunc faciã: cũ nec exaudire me poteris nec audire Quid faciã dña: cũ a te fuero penit⁹ deſtitut⁹ cum tua vbera nõ poteris miniſtrare? Cito dña ſubueni as clamanti ne in manib⁹ ſubijciar inimici. Curre feſtina dña ⁊ tuũ nequiſſimũ ſeruũ ac infideliſſimũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtā te clamantē ꝑcendo adiuua et eripe de manibꝰ inimici et ꝑiculis tui hoſtis Si aliud o dña te alli-cere nō deberet niſi qꝛ tuꝰ hoſtis audet tuos ſuos fraudulent̄ inuadere: deberes ad nos q̄ztotꝰ feſti-nare. Curre et libera nos dña ꝓpter ſuā ſupbiā cō-primendā. Curre ne inimici tui dñentur in nobis clientul'. Curre ne dicāt vbi eſt deus eoꝝ de cuiꝰ cle-mentia cōfidebāt. Nec mireris dña ſi clamamꝰ qꝛ ſumꝰ a te nimiū elōgati in regionē longinquā: diſſi-pauimus partē noſtrā q̄ſi diceret. Si ꝓpe eſſemus planiꝰ poſſemꝰ loq̄. et ideo qꝛ longe ſumus clama-mus exules. Exules a patria: exules a viſiōe diuiā Et vtinā nō exules a grā: exules a cōſolatiōe mat̄ꝫ. O aīa cur nō es potiꝰ ſepata a corpore: q̄z a tua dña exulata es a xp̄o capite. Et quō potes miſer ſi-ne capite ābulare? Nōne ābulare ſī capite mōſtru-oſuz eſt? Heu mihi cur in tā longū exiliū relegatus ſū Quō vel q̄ñ videbo deū ſaluatorez meū aut q̄ñ potero ſaltē dñam meā intueri? Nō dubito dña q̄ ſi ad te tanq̄z exules clamauerimus corde te ⁊ tuū filiū plene poſſidebimꝰ. Cur ergo volumꝰ hic q̄eſce-re? Cur ad patriā nō anhelamus? Cur non affecta-mus matrē dulciſſimā amplexari? Quare nō deſi-deramꝰ ſecū cū filio ſuo cōmorari? O dña dū hic ſu-mus exules conſtituas nos ne etiā tanq̄z in patria confidentes q̄rere te et filiū tuū deſiſtamus. Sic tñ cōſtituas exules in corpe vt hic tecū ſimꝰ ciues in mente. Filij eue. Vere filij eue qꝛ ſupbi et p̄ſumptu-oſi: vere filij eue: qꝛ ambitioſi ⁊ auari: ſaltē ſcientia et vtinā nō re aliena: guloſi: carnales et inobedien-tes et breuiter in oībus ip̄am euā ſequētes ⁊ prom-ptiſſimi ad malū: difficileſq̄ ad bonū. Et ſi contin-gat aliquē filiū bonorū operū gñare cū quadā cor-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dis triſticia ⁊ dolore parturimus:ſed malū cū gau
dio ꝑpetramus. Nec nobis ſufficiūt mala noſtra ſ;
ſicut eua adam:ita nos alios maculamꝰ ad maluꝫ
Et etiā ſicut ipā excuſabat ſe ita et nos in defecti
bus nr̄is excuſamus aut ſaltē ſi poſſumus in alios
retorquemꝰ. Tedet nos veſci ligno vite et in cruce
dn̄m cōtemplari et manꝰ ad lignū ꝓhibitū appli
camus. Nō curamus ꝑ contēplationē paradiſi de
licijs cōſolari:ſ; potiꝰ volumꝰ in pctōꝝ fecibꝰ habi
tare. Plus eñ placet nobis in multo labore et ſu
dore vilia agere et acquirere q̄ȝ dn̄m glorie degu
ſtare. Niſi eñ dn̄a nos adiuuiſſes fortaſſe iā ad in
ferni ꝓfundiſſima veniſſemus Nec eñ eſt qđ nos
poſſit excuſare qꝛ nō te ſ; euam in oībus imitamur
ac ꝓpter hoc dn̄a. Ad te ſuſpiramus. Suſpiramꝰ
autē de tā bone matris abſentia venire ad te dn̄a
cupientes:ſuſpiramꝰ ad te tuū filiū affectātes. Su
ſpiramus ad te tanq̄ȝ paruuli ad tua vbera anhe
lantes:ſuſpiramꝰ ad te deſiderio:ſuſpiramꝰ ⁊ amo
re noſtro. Nullus eñ niſi tuꝰ amor quo erga te ſu
mus dn̄a inebriati intrinſecꝰ cogit nos ad te dn̄a ſu
ſpirare. Quis eñ nō te diligit repatricē oīm amo
ris caminū pulchriorē ſole:dulciorē melle: bonita
tis theſaurū: honeſtatis ſpeculū: oīs ſctītatis exem
plū. Oībus es amabilis: oībus ineffabilis: oībꝰ de
lectabilis Sedes es ſapiētie: fluuiꝰ clemētie: radiꝰ
deitatis. nec eſt q̄ ſe abſcōdat a calore tuo. Quis ḡ
ad te nō ſuſpirabit. Amore etiā ſuſpiramꝰ et dolo
re: vndiq; nāq; nos anguſtie ꝓmūt. Quō ḡ nūc nō
ſuſpiramus ad te q̄ ſolatiū es miſerorū: refugiū ex
pulſoꝝ. liberatio captiuoꝝ. medicina īfirmoꝝ. ma
ter puuloꝝ. ſponſa adultoꝝ. regina bellatoꝝ. dn̄a
vniuerſoꝝ: et etiaȝ inimicorum nec eſt qui tue vo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

luntati valeat obuiare? Sic afflicti. ſic miſeri ad te
talem dominaꝫ ſuſpiramus gementes et flentes in
hac lachrimarum valle. Tu domina nonne vides
quomõ et qualiter ſumus amaritudine pleni? In-
tus ſumus gementes et exterius flentes in loco la-
chrimoſo iacentes. Onerati peccatis gemimus ag-
grauati moleſtijs flem⁹ habundẽtes miſerijs in va
le lachrimaꝝ ſumus Gemim⁹ ſauciati: flemus ſpo
liati ĩ valle lachrimarũ ſumus deſtituti. Gemimus
ſolẽ iuſticie nõ vidẽtes. flem⁹ inimicis nr̃is ſeruien
tes in valle lachrimarũ ſum⁹ tuũ auxiliũ ĩplorãtes
Hec ẽ certe vallis lachrimaꝝ ad quã oĩa lachrima
bilia fluũt: gemebũda decurrũt: flebilia ruũt ¶ Ad
hanc vallẽ fluxerunt demones infernoꝝ pctm̃ pro-
thoplaſtorũ miſerie antiquorũ Quid aũt ampli-
us dicã? Nõ ſufficio nec ſcio hui⁹ vallis deteſtabilia
enarrare Eya ergo aduocata noſtra: illos tuos mi
ſericordes oculos ad nos conuerte. O laudabilis
clementia creatoris que ſic afflictis tam nobile et
laudabile ſubſidiũ dignatꝫ elargiri. ¶ O certe dei
noſtri mira benignitas: qui ſuis reis te dñam tribu
it aduocatam vt a filio tuo inter nos et ipſum iudi
cem cõſtituta. quod volueris pro nobis valeas im
petrare. Nec enĩ dubiũ eſt ꝙ noſtra culpa iuſte dã
nabat quos conſeruat tue aduocatio pietatis. O
mirabilis erga nos mĩa dei noſtri qui ne alias fu-
geremus ꝑ ſententia. nõ ſolũ dignat⁹ eſt ꝯmunica
re ſe nobis in iudicẽ vt eſſet de⁹ et homo ieſus xp̃s
a quo debet ſententia ꝓmulgari: ſed voluit ip̃e ſua
viſcera mĩe matrẽ ſuã dñam gratie noſtraꝫ inſtitu-
ere aduocatã. Et ideo nõ timendũ eſt quin miſere-
aris miſeris et ad illã partẽ inclines ſententiã quã
defendis et nobis exhibeas gloriam quã cauſaris.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Scio bñ q̄ poſt ſententiam non eſt appellatio ad maiorē: q̄ṛ ſi iudex ſit homo tuus fili⁹ eſt tñ ⁊ de us filius dei patris. Non em̄ video dña quō aliqd tibi valeat denegar. ⁊ qui p̄ te celeſtē patriā habe amus. Hoc eſt em̄ qđ cupit deus nr̄ hoc eſt qđ deſi derat hoc eſt pro quo te matrem conſtituit aduoca tam. Nō ergo reſtat dña. niſi vt illos tuos miſeri cordes oculos ad nos cōuertas. Eya ergo aduoca ta noſtra illos tuos miſericordes ocl'os ad nos cō uerte. Nō em̄ dubito q̄ ſi noſtras aſpexeris miſeri as non poterit tua miſeratio ſuum retardare offici um. Mirabiles necnō et amabiles tuoꝝ radij ocu lorū quib⁹ nos allicis ad amorē et ad plenam dña ſalutē venenatos oculos erunt baſilici. O eue ocl'i venenati cur non offertis vos oculis virgnis ſi vul tis pfectā recipere medicinam. Nam ſuoꝝ claritas oculoꝝ vmbras expellit: effugat cateruas demonū purgat vitia mētiū. corda cōgelata ſuccēdit. demū ad celeſtia trahit. O domina q̄ȝ beati ſunt quos vi derint oculi tui. hos ergo oculos ad nos conuerte. ⁊ Jeſum benedictum fructū ventris tui nobis poſt hoc auxilium oſtende. O venter mirabilis qui po tuit capere creatorem. O vēter laudabilis. qui me ruit recipere redemptorem. O venter deſiderabil: qui emanauit deſiderium mentium. grarum fluui um. glorie premium. O venter nō vēter ſed celū em pireū. In hoc vētre fuit p̄cium pditorum: felicitas beatorū. de⁹ angeloꝝ. O beatus venter. o btā vi ſcera. o beata vbera. O dña noſtra. o fons pietatis locus ſctītatis. flumē bonitatis. venter tuus dña. O felix venter. qui ſolem genuiſti. mūdum reparaſti patriā recuperaſti. O q̄ȝ precioſus venter. qui por tauit medicinā infirmis. vitā mortuis ⁊ paradiſum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuſtis. O venter eburneus et ſedes ſapientie. O ve
ter tornatilis: et celſitudo glorie. O venter amabi
lis et dulcedo aīe. O eleuatio mentium. inebriatio
cordiū ſuauitas pctoꝝ. fruct⁹ tuus dña. O hic eſt
vere fruct⁹ beat⁹ a principio ſui ort⁹. hic eſt Jeſus
fili⁹ dei viui. hic eſt ſaluator noſter dñs de⁹ nr̄. hūc
Jeſuz benedictū fructū ventris tui nobis poſt hoc
exilium oñde benignū: vt ipm̄ vidēdo ipm̄ habea-
mus ipm̄ habēdo ipſo ꝑfruamur. O clemēs indi-
gentib⁹. O pia exorantib⁹. O dulcis diligētibus
O clemēs penitentib⁹ O pia ꝓficientib⁹. O dul
cis ꝯtemplantibus. O clemens laborando O pia
largiendo. O dulcis te donādo O clemens conſo
lando. O pia blandiendo. O dulcis oſculādo. O
clemēs ī effectu. O pia in affectu. O dulcis in affa
tu. O clemēs in ꝯceptu. pia ī aſpectu. dulcis ī am-
plexu. dulcis in amore rectis clemēs in ſubiectis.
pia ī correctis ⁊ dulcis ī dilectꝭ. O clemēs O pia
O dulcis maria. Amen. ¶ Capl'm finale de ſtatu
beatoꝝ in celeſti hier'm. ¶ Capitulum. xx.

Ad contēplandū vel ad ꝗcrē oīm de ce
leſti hier'm aliqd balbutiēdo ꝓrūpam.
Nā loc⁹ eſt altiſſim⁹ ſplendiſſim⁹ latiſ
ſimus et firmiſſim⁹. Societas eſt nobi
liſſima/ſpecioſiſſima/benigniſſima/puriſſima/iceſ-
ſabiliſſima. i. nunq̄z ceſſabit nec remittet. Ibi ha-
bebim⁹ dñm potētiſſimū/ excellētiſſimū/ iuſtiſſimū
et liberaliſſimū/ pr̄em nobiliſſimū/ ditiſſimū/ ꝓuidē
tiſſimū/ ⁊ piiſſimū/ fratrē ſimilimū/ curialiſſimū/ ſa
piētiſſimū/ et optimū. Spōſuz pulcherrimū/ ſingu
larit̄ ſummū ſuauiſſimū/ ⁊ amore fructiſſimū. Quā
tū ad nos erit ibi apta viſio. firma tentio ꝯſūma-
ta dilectio: ꝯtinua laudatio: reuerētia ꝓfundiſſima

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

admiratio altiſſima: exultatio ſctiſſima: ⁊ deuotio ſtima. Et ĩ corpe erit agilitas: claritas ſubtilitas ⁊ ĩpaſſibilitas. Ex p̄dictis oĩbus ꝯſurget fruitio perfectiſſima: ſacietas ſufficientiſſima: ſobrietas ſobriiſſima voluptas pudiciſſima: cordialis diffuſio. iocũdiſſima ãplexio ſeu ꝯplexio. medullaris trãſformatio centralis quietatio: oĩs amenitas. oĩs ſuauitas: oĩs ſecuritas: et oĩs libertas: quia liberi erimus ab oĩ iniuria: violẽtia culpa et miſeria. ¶ Et ſic abſterget deꝰ oẽm lachrimã ab oculis ſanctoꝝ ſuoꝝ et mors vltra nõ erit: neqꝫ luctꝰ: neqꝫ clamor neqꝫ dolor erit vltra: qꝛ prima trãſierunt: et vitas in apocalipſi teſtat̃. Felices lachryme: quas manꝰ ꝯditoris abſterget. Et ideo veritas ꝑ yſayaz dicit. Ad vbera portabimini et ſuꝑ genua blãdient̃ vobis. Quõ ſi mater blandiat̃ filio ego ꝯſolabor vos et in hir̃lm conſolabimini. Et qm̃ tm̃ gaudebimus de bono alteriꝰ quantũ diligimus eũ et ibi vere diligemꝰ oĩs alios ſicut et nos. et deuz ꝑfectiſſime. pluſq̃z noſmetipſos. Ideo multiplicabit̃ gaudiuz noſtrũ ſcd̃m ineſtimabilẽ numeꝝ angeloꝝ et ſctõꝝ de quoꝝ gaudio gaudebimꝰ: ſicut de noſtro. ¶ Et plus ſine cõparatione gaudebimꝰ de immẽſitate diuine potẽtie ſapientie et bonitatis: q̃z de felicitate noſtra. Et qꝛ iſtud eſt exceſſiuuz: ſic abſorbebimur gaudio de felicitate diuina et intrabimꝰ ĩ gaudiũ dñi intus et foris: vndiqꝫ abſorpti et circũdati gaudio exceſſiuo. Nec mirum quia plus ſine comparatione nos diligit deus q̃z noſipſi nos et ideo ſine comparatione plus dabit nobis gaudiũ et leticie: q̃z ſciremus aut poſſemus petere vel appetere. Sic ergo abũdabimus et ſuꝑabundabimus gaudio. qꝛ diligentes et qꝛ dilecti. qꝛ nec oculus vidit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit. que preparaſti te diligentibus. immo non ſoluz cor hominis viatoris: ſed nec etiam comprehenſoris. aut alicuius angeli poteſt aut poterit illud bonum infinitum et gaudium nobis paratum et oblatū cōprehendere. Sic ergo intrabimus in gaudium domini noſtri. Gaudens ergo gaudebo in dn̄o ſemp et ei de tantis beneficijs gratias exhibebo. Gaudebunt labia mea cum cantauero ſibi: et anima mea quam ſic nobiliter ſeipſo redemit. Lauda ergo hierusalem dn̄m lauda deum tuuz ſyon. immo laudēt eum celi et terra mare et oīa que in eis ſunt. Jaz ſuper oēs vicos hieruſalem alleluya dicamus. Lauda ergo anima mea dn̄m: laudabo deum meum in vita mea et illum mecum laudet omnis creatura. AMEN. FINIS.

Explicit feliciter liber qui dicitur Stimulus diuini amoris dn̄i Bonauēture. Cardinalis deuoti: et ſeraphici ſacre theologie profeſſoris eximij: laudabiliter correctus. Et nouiter emendatus ac Pariſius impreſſus expenſis honeſti viri Johannis petit bibliopole alme vniuerſitatis Pariſieñ. commorantis in vico ſancti Jacobi ad interſignium leonis argentei. Anno dn̄i Milleſimo quingenteſimo decimo. Die vero decima octaua menſis Maij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación

FO
BIBLIOTEC
Sala
Número

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
...TECA PROVI...
...Reserva
...mero ... 5 2 1
Res.
521